A.
n. 1158.

X

Bound 1938

HARVARD UNIVERSITY.

LIBRARY

OF THE

MUSEUM OF COMPARATIVE ZOÖLOGY

71,201

LIBRARY OF

SAMUEL GARMAN

November 16, 1928.

Jenni kongl. Vitterhets
Historie och Antiquitets
Akademien
som försvarsskrift
af
Stockholm i juni 1846.
J. J. Nordström.
Grafman.

NOV 16 1928

3823
11

Gronovius.

MUSEUM ICHTHYOLOGICUM,

fiſtens

PISCIUM

indigenorum & quorumdam exoticorum,

qui in

MUSEO

LAURENTII THEODORI GRONOVII, J. U. D.

adſervantur,

deſcriptiones

ordine ſyſtematico.

Accedunt

nonnullorum exoticorum Piſcium icones æri inciſae.

Ζεῦ πάτερ, ὅσσα νήσσας, ὅσ' ἔιδεα νᾶϊ φύτδσας,
Ὅσσα βροτοῖσιν ὄπασας, ὅσ' ἐναλίοις νεπόδεσσιν.

Oppianus lib. III. Κυνηγ. *v.* 464.

LUGDUNI BATAVORUM,

Apud THEODORUM HAAK.

MDCCLIV.

D.H.



LECTORI BENEVOLO S.

Quum inter omnes, qui naturae arcana deditâ operâ ſcrutantur, facile conſtet, ſupremi Numinis majeſtatem, & Mortalium erga aeternam iſtam ac perfectiſſimam mentem reverentiam contemplatione rerum creatarum maximo opere augeri, atque amplificari. Quis enim, dum Animalium, Plantarum, vel Metallorum Lapidumque naturam generatim membratimve conſiderat, atque perſcrutatur, in admirationem divinae ſapientiae & inenarrabilis providentiae non rapitur? Objectorum enim trium, ut vulgo vocantur, Regnorum, Animalium nempe, Vegetabilium, & Lapidum, adeo ingentem copiam & vaſtum agmen videmus, atque cognoſcimus, ut, ſi in eorumdem particula attente examinanda operam ponamus, & oculatis veluti manibus tractemus, & lynceis oculis contemplemur, atque intimos ejusdem receſſus rimemur, cuncta ſenſibus noſtris oblata indagare, atque explicare vix poſſimus.

Summa igitur laude celebrandos exiſtimo praeclaros Viros, qui vel in naturalis hiſtoriae parte explananda reliquis facem praetulerunt: quorum ſcripta ſedulo verſando & ipſe incitatus, ex primi regni claſſe non infimae partis, quae Natantium eſt, proprietates mihi examinandas ſelegi, in quibus deſcribendis excelluerunt, praeter veteres ſcriptores tam Graecos quam Latinos, conſummatae eruditionis Viri, Rondeletius, Gesnerus, Willugbeus, Rajus, aliique, &, quos primos nominare debueram, Artedius atque Linnaeus, quibus certam veramque methodum Aquatilium per claſſes, ordines, genera & ſpecies juſto ordine digeſtam debet orbis litteratus.

Decimus autem annus agitur, ex quo optimo Parenti meo, JOHANNI FREDERICO GRONOVIO, viſum fuit, Piſcium, qui in Belgio reperiuntur, catalogum in Actis Upſalienſibus A. MDCCXLI. *publicare, quem aliqua parte auctiorem reddere, additis ſubinde variis piſcium ſpeciminibus, conatus fui; non dubitans, quin, dum paterna hac in re veſtigia premo, non injucunda ſit futura hiſtoriae naturalis cultoribus haec qualiscumque opera mea.*

Offero itaque Tibi B. L. Indicem omnium fere Piſcium, qui in Belgio reperiuntur, atque etiam quorumdam exoticorum, quos humanitati & liberalitati illuſtrium, eruditorumque viro-

rum

rum me debere agnoſco, quibus eo nomine grates, quas poſſum, maximas ago habeoque. His accedunt nonnulli Piſces, quibus fulſit Muſeum Cl. Sebae, quod A. CIↃIↃCCLII. *Amſtelaedami publica auctione diſtractum eſt.*

Quod ad methodum ſpectat, Artedianam quidem ſecutus fui; Genera vero in meliorem, ut ſpero, ordinem ſaepe digeſſi: porro integrum opus in quatuor Claſſes, easdemque in Genera, & Species diſtinxi, adhibitis genericis nominibus, quibus ab Artedio & Linnaeo nuncupantur, nonnullis etiam a me additis. MALACOPTERYGIIS *enim adjunxi genera* ARGENTINAE, SILURI, SOLENOSTOMI, GYMNOGASTERI, CHARACIS, URANOSCOPI, ATHERINAE, PLECOSTOMI: CALLYCHTHYOS *atque* ASPREDINIS *genera a Cl. Linnaeo Acanthopterygiis attributa in Malacopterygiorum claſſem transpoſui:* ACANTHOPTERYGIOS POLYNEMI, MYSTI, *atque* HOLOCENTRI *generibus auxi:* CHONDROPTERYGIIS *adſignavi* CALLORYNCHUM.

Cuilibet praeterea Generi Numerum, *ſub quo ab Artedio in Generibus Piſcium, atque a Linnaeo in Syſtemate Naturae, editione ſextâ, exhibetur, &* Notas Genericas, *quibus ſingula Genera a ſe invicem differunt, praepoſui.*

Speciebus ea tantum addidi Synonyma, *quae apud Artedium non reperiuntur, in quibus frequens fit mentio* Piſcium Amboinenſium, *quos edidit clariſſimus Vir, Franciſcus Valentyn, quem immerito prorſus debita laude privare nixus fuit Cl. Artedius in Bibliotheca Ichthyologica pag.* 55. *is enim, ſi aequo ac juſto examine in iconas piſcium a Valentino prolatas inquiſiviſſet, easdem accurate repraeſentatas fuiſſe ſibi perſuaſum habuiſſet.*

Porro Species *juxta Artedianam methodum deſcripſi; earumdemque menſuram per pedes, uncias & lineas, habita ratione menſurae Rhenolandicae, juxta longitudinem, latitudinem atque altitudinem non raro exhibui.*

His igitur B. L. fruere, & bene vale.

SYLLA-

SYLLABUS AUCTORUM,

eorumque Nominum

abbreviatorum delucidatio.

Aelian. hiſt. anim. Claudi AELIANI Sophiſtae
De Animalium natura libri xvii. Londin. 1744. 4°.

Aldrov. piſc. Ulyſſis ALDROVANDI
De Piſcibus libri V. & de Cetis liber unus. Bonon. 1613. fol.

Ariſtot. hiſt. anim. ARISTOTELIS
Hiſtoria de Animalibus, Julio Caeſare Scaligero interprete cum ejus commentariis. Tolos. 1619. fol.

Arted. icht. Petri ARTEDII
Ichthyologia, ſive opera poſthuma de Piſcibus, edita per Carolum Linnaeum. Lugd. Batav. 1738. 8°. in quinque tomos diſtincta, quorum
Primus continet Bibliothecam Ichthyologicam.
Secundus —— Philoſophiam Ichthyologicam.

Arted. Gen. Tertius —— Genera Piſcium.

Arted. Synon. Quartus —— Synonyma Piſcium.

Arted. Spec. Quintus —— Specierum Deſcriptiones.

Arted. mſſ. ad Sebam. Artedius manuſcriptum adhuc reliquit, in quo multas ſpecies in Muſeo cl. Sebae conſervatas deſcribit, verum absque ulla methodo. Hoc mihi contigit videre, ex quo nonnulla excerpſi, ſed praecipue Deſcriptioncs Specificas. De hoc manuſcripto mentio fit in Vita Artedii operibus ejus praemiſſa.

Balk. Muſ. Princ. Laurentii BALK
Muſeum Adolpho-Fridericianum, Upſal. 1746. 4°. & in Amoen. Acad. Linnaei tom. 1. 8°.

Bellon. Aquat. Pierre BELLON
L' hiſtoire naturelle des etranges poiſſons marins. Paris. 1551. 4°.

Blas. anat. Gerardi BLASII
Anatome Animalium terreſtrium variorum, volatilium, aquatilium, ſerpentum, inſectorum, ovorumque. Amſt. 1681. 4°.

Bochart. Hierozoic. Samuelis BOCHARTI
Hierozoicon, ſ. bipertitum opus de Animalibus S. Scripturae ex recenſione Joh. Leusden. Lugd. Bat. & Ultr. 1692. fol.

Bont. ind. orient. Guilielmi BONTII
Indiae orientalis res naturalis & medica. Amſt. 1658. fol.

Boſſuet. epigr. Franciſci BOSSUETI
De natura aquatilium carmen in univerſam Guil. Rondeletii, quam de Piſcibus ſcripſit, hiſtoriam, cum iconibus. Lugd. 1558. 4°.

Catesb. hiſt. nat. Marc CATESBY
The natural hiſtory of Carolina &c. Lond. 1731, 1743. fol.

Clus. exot. Caroli CLUSII
Exoticorum libri deccm. Antwerp. 1605. fol.

Dale hiſt. of Harw. Samuel DALE
The natural hiſtory of the ſea coaſt and country about Harwich. Lond. 1732. 4°. poſt Silae Taylor the hiſtory and antiquities of Harwich.

Dale pharm. — — —
Pharmacologia, ſeu manuductio ad materiam medicam. Lugd. Batav. 1739. 4°.

Damp. voyag. William DAMPIER
Niewe rys-togt rondom de werelt. 's Hage. 1698. 4°.

Edwards. George EDWARDS
A natural Hiſtory of Birds. Lond. 1743. 4°.

Ferrant. Imp. hiſt. nat. Ferrante IMPERATI
Hiſtoria naturale con alcune annotationi alle piante da Gio Maria Ferro. Venet. 1672. fol.

SYLLABUS AUCTORUM.

Franz. anim. ſacr. Wolfgang FRANZII
Animalium hiſtoria ſacra. Amſtel. 1643. 12°.

Gesner. aquat. Conradi GESNERI
Hiſtoriae animalium liber quartus, qui de piſcium & aquatilium animantium natura. Francof. 1620. fol.

Gesner. paral. Ejusdem Auctoris Paralipomena ad mox citatum opus.

Grew. muſ. Nehemjah GREW
Muſaeum regalis ſocietatis. Lond. 1681. fol.

Gronov. act. ups. 1740. Johannis Frederici GRONOVII
Cottus officulo pinnae dorſalis primo longitudine corporis. *in actis Upſalienſibus ad annum* 1740. *p.* 121. *t.* 8.

Gronov. act. ups. 1741. — — —
Piſces Belgii ſeu Piſcium in Belgio natantium, & a ſe obſervatorum Catalogus. *in iisdem actis ad annum* 1741. *p.* 67.

Gronov. act. ups. 1742. — — —
Piſces Belgii rariores. *ibidem ad annum* 1742. *p.* 79.

Gronov. act. ups. 1744. — — —
Piſces Scomber & Labrax. *in actis iisdem ad annum* 1744. *p.* 35.

Helwing. diſſert. Chriſtophori HELWINGII
Diſſertatio de Antimonio, Cicuta, & Piſce magno Tobiae ſ. Siluro. Gryphiſw. 1708. 4°.

Jacob. Muſ. Reg. Oligeri JACOBAEI
Muſaeum regium Daniae. Hafniae. fol.

Jonſt. icht. Johannis JONSTON
Beſchryving van de natuur der viſſen en bloedlooſe waterdieren. Amſt. 1660. fol.

Jonſt. thaumat. Johannis JONSTONI
Thaumatographia naturalis. Amſt. 1632. 12°.

Kaempfer. hiſt. of Japan. Engelberti KAEMPFER
The Hiſtory of Japan, by J. G. Scheuchzer. Lond. 1727. fol.

Kolbe. deſcr. bonae ſpei. Peter KOLBE
Beſchryving van de Kaap de Goede Hoop. Amſt. 1727. fol.

Klein. miſſ. 3. Johannis Theodori KLEIN
Miſſus tertius de piſcibus per branchias occultas ſpirantibus, cum obſervationibus circa partes genitales Rajae maris, & ovarium Galei. Gedan. 1742. 4°.

Klein. miſſ. 4. —— —— —— ——
Miſſus quartus de piſcibus per branchias apertas ſpirantibus. Gedan. 1744. 4°.

de Laet annot ad Marcgr. vide *Marcgr. hiſt. braſ.*

de Laet deſcr. amer. Johannis de LAET
Novus orbis ſ. deſcriptio Indiae occidentalis. Lugd. 1633. fol.

Linn. faun. ſuec. Caroli LINNAEI
Fauna Suecica ſiſtens animalia Sueciae regni. Lugd. Batav. 1746. 8°.

Linn. Gen. —— —— —— ——
Syſtema Naturae ſiſtens Regna tria Naturae. Lips. 1748. *ſecundum ſextam Stokholmienſem editionem.* 8°.

Linn. it. Oeland. —— —— —— ——
Iter Oelandicum & Gothicum. Stokholm. 1742. 8°. ſuecice.

Linn. it. Weſtrog. —— —— —— ——
Iter Weſtrogothicum. Stokholm. 1747. 8°. ſuecice.

Marcgr. hiſt. bras. Georgii MARCGRAVII
Hiſtoriae Braſiliae libri octo, *poſt Piſonem de Medicina Braſilienſi*; Ambo editi per *Johannem de LAET.* vide porro in *Piſo. Braſil.*

Marſil. Danub. Ludovici Ferdinandi MARSILII
Danubius Pannonico-Myſicus. ſ. hiſtoria naturalis Danubii. Hag. Com. 1726. fol. vol. 6.

Matthiol. in dioſc. Petri Andreae MATTHIOLI
Commentaria in libros ſex Dioſcoridis. Venet. 1585. fol.

Merret. pin. Chriſtophori MERRET
Pinax rerum naturalium Brittannicarum. Lond. 1667. 8°.

Meyers. vorſtell. Johannis Danielis MEYERS
Voorſtellungen allerley thiere mit ihre berippe. Norimb. 1752. fol.

Mos-

SYLLABUS AUCTORUM.

Moſcard. mus. Note overo memorie del muſeo del conte Ludovico MOSCARDO. in Verona. 1672. fol.

Mus. Beſler. Baſilii, & Michaelis Ruperti BESLERI
Rariora muſei Beſleriani. Baſil. 1716. fol.

Mus. Worm. vide *Worm. Mus.*

Olear. mus. Adami OLEARII
Muſeum Gottorpienſe. Slesw. 1674.

Ovid. Halieut. Publii OVIDII Naſonis
Haleuticon.

Petit. act. gall. Petri PETITI
Hiſtoria Cyprini piſcis *dans l' hiſtoire de l' acad. Royale de Science pour l' année* 1733.

Petiv. Gazoph. Jacobi PETIVERI
Gazophylacium naturae & artis. Lond. 1702. fol.

Piſo. hiſt. nat. Guilielmi PISONIS
De Indiae utriusque re naturali & medica libri XIV. Amſt. 1658. fol.

Piſo. braſil. —— —— —— ——
De medicina Braſilienſi libri IV. *ſimul cum* Marcgravii Hiſtoria Braſiliae, *per Johannem de LAET editi, quibus & notas addidit.* Lugd. & Amſt. 1648. fol.

Plin. hiſt. nat. Caji PLINII SECUNDI
Hiſtoria naturalis. Lugd. Batav. 1669. 8°.

Pomet. hiſt. de drog. Pierre POMET
Hiſtoire generale de drogues. Paris. 1694. fol.

Raj. epiſt. ad Liſt. Johannis RAJ
Philoſophical letters. Lond. 1718. 8°.

Raj. ſynops. piſc. —— —— —— ——
Synopſis methodica piſcium. Lond. 1713. 8°.

Raj. voyag. —— —— —— ——
Collection of curious travels, and voyages. Lond. 1738. 8°. 2 vol.

Rondel. piſc. Guilaume RONDELET II
Hiſtoire entiere des Poiſſons. a Lions 1558. fol.

Ruyſch. theatr. anim. Frederici RUYSCHII
Theatrum univerſale omnium animalium. Amſt. 1718. fol.

Ruyſch. thes. prim. anim. —— —— —— ——
Theſaurus animalium primus. Amſt. 1710. 4°.

Rochef. hiſt. des Antill. Charles de ROCHEFORT
Natuurlyke en zedelyke hiſtorie van d' eylanden, Vooreylanden van America. Rotterd. 1662. 4°.

Salmon. hiſt. hod. Theodori SALMON
Hedendaagſche hiſtorie of tegenswoordige ſtaat van alle volkeren. Amſt. 8°.

Salvian. Hippolyti SALVIANI
Aquatilium animalium hiſtoriae. Romae 1554. fol.

Scheuch. it. alp. Johannis Jacobi SCHEUCHZERI
Itinera per Helvetiae Alpinas regiones. Lugd. Bat. 1723. 4°.

Schonev. icht. Stephanus a SCHONEVELDE
Ichthyologia & nomenclatura animalium marinorum Ducatus Slesvici & Holſatiae. Hamburg. 1724. 4°.

Seb. thes. Alberti SEBAE
Theſaurus rerum naturalium. Amſt. 1734, 1735. fol. 2 tom.

Sibbald. ſcot. illuſtr. Roberti SIBBALDI
Scotia illuſtrata. Edinburg. 1696. fol.

Sidren. mat. med. Jonae SIDREN
De Materia Medica e regno animali diſſertatio. Upſal. 1750. 4°. & in Amoen. Acad. Linnaei tom. 2. 8°.

Sloan. Jam. Hans SLOANE
Voyage to the islands Madera, Barbados, Niéves, St. Chriſtophers, and Jamaica, with the natural hiſtory. Lond. 1707. fol. 2 tom.

Steno. Myolog. Nicolai STENONIS
Elementorum Myologiae ſpecimen, cui accedit Canis Carchariae diſſectum caput, &c. Amſt. 1669. 8°.

SYLLABUS AUCTORUM.

Sund. fur. grill. Petri SUNDII
Surinamenſia Grilliana. Upſal. 1748. 4°. & in Amoen. Acad. Linnaei tom. 1. 8°.

du Tertre hiſt. des Antill. R. P. du TERTRE
Hiſtoire generale des Antilles, habitée par les François. tom. 1. & 2. a Paris. 1667. tom. 3. & 4. ibid. 1671. par R. P. Jean Baptiſte du TERTRE.

Valent. mus. muſaeor. Michaelis Bernardi VALENTINI
Muſaeum muſaeorum ſ. natuur und mineralien kamer. Francof. 1704. fol. germanice.

Valent. piſc. amb. François VALENTYN
Beſchryving van Amboina &c. Dordr. & Amſt. 1726. fol. tom. 5. Tomus Tertius de Piſcibus Amboinenſibus, aliisque ad naturalem hiſtoriam ſpectantibus agit, verum absque ullâ methodo.

Willugb. icht. Franciſci WILLUGBY
Hiſtoria piſcium, edita per Rajum. Lond. 1686. fol.

Worm. mus. Olai WORMII
Muſeum Wormianum. Amſt. 1655. fol.

VOCES TECHNICAE.

PISCIS eſt Animal apodum, pinnis ſemper praeditum; vel Branchiis vel Pulmonibus reſpirans; plerumque in aqua habitans, ibique vel ſolis pinnis vel flexuoſo corporis impulſu ſimul natans, interdum vero in terram ſponte egrediens, & quandoque in aëre ſupra aquam ope Pinnarum Pectoralium volans. *Arted. Philos.* §. 3.

ALEPIDOTUS dicitur, qui nullis ſquamis contectus eſt.

CATHETOPLATEUS eſt, ſi altitudo perpendicularis transverſali major eſt.

PLAGIOPLATEUS vero, cujus transverſalis perpendicularem ſuperat.

MACROLEPIDOTUS, MICROLEPIDOTUS eſt, qui magnis vel parvis ſquamis contegitur.

MONOPTERYGIUS, DYPTERYGIUS, TRIPTERYGIUS, &c. qui unicam, duas, treſve pinnas gerit.

PINNA eſt pars e corpore piscis prominens vel propendens, ex Membrana oſſiculis vel duris vel cartilagineis ſeu radiis fulcita conſtans. *Arted. philos.* §. 7.

PINNA ADIPOSA eſt, quae nullis radiis vel cartilagineis vel oſſeis eſt ſuffulta.

PINNA DORSALIS vocatur ea, quae in Dorſo ſita eſt.

—— PECTORALIS, quae utrinque in lateribus poſt Branchiarum Opercula conſpicitur, atque ab aliisAuctoribus LATERALIS dicta.

—— VENTRALES ſunt, quae in infimo ventre inter opercula & anum locum obtinent.

—— ANI ſita eſt inter anum & caudam.

—— CAUDAE corpus terminat.

LINEA LATERALIS per latera plerorumque piscium producta conſpicitur, vel ex punctis quibusdam ſeu foraminibus, vel ex ductu quodam per longitudinem quarumdam ſquamarum procedente oritur.

MEMBRANA BRANCHIOSTEGA eſt membrana Operculis Branchiarum adnexa, radiis inſtructa, quae in conſpectum prodit, dum Opercula elevantur: Quemnam uſum hi radii praeſtent in diſtinguendis Generibus, vid. in *Arted. Philos.* §. 180.

***

CLAVIS

CLAVIS CLASSIUM.

- PISCIS caudâ
  - perpendiculari; Pinnarum radiis
    - offeis; Branchiis
      - officulatis; Pinnis
        - inermibus. MALACOPTERYGII. p. 1
        - aculeatis. ACANTHOPTERYGII. p. 31
      - offibus deſtitutis. BRANCHIOSTEGI. p. 51
    - cartilagineis. CHONDROPTERYGII. p. 59
  - horizontali. PLAGIURI. p. 64

Ordo GENERUM,

quae ſub *Malacopterygiis* comprehenduntur.

1. Syngnatus. — — — — — — p. 1
2. Cobitis. — — — — — 2
3. Cyprinus { ore cirris carente. — — 2 / ore cirroſo. — — — 4
4. Clupea. — — — — 5
5. Argentina. — — — — 6
6. Silurus. — — — — 6
7. Aſpredo. — — — — 8
8. Exocoetus. — — — — 9
9. Eſox. — — — — — 9
10. Solenoſtomus. — — — 11
11. Anableps. — — — — 12
12. Echeneis. — — — — 12
13. Ammodytes. — — — 13
14. Pleuronectes oculis a { dextra. — — 14 / ſiniſtra. — — 15
15. Anarrhichas. — — — — p. 16
16. Muraena. — — — — 16
17. Gymnogaſter. — — — 17
18. Coregonus. — — — 18
19. Osmerus. — — — — 18
20. Salmo. — — — — 18
21. Charax. — — — — 19
22. Gadus { dorſo tripterygio, ore imberbi. 20 / dorſo tripterygio, ore cirrato. 21 / dorſo dipterygio. — — 21
23. Uranoſcopus. — — — 21
24. Atherina. — — — — 23
25. Plecoſtomus. — — — 24
26. Callichthys. — — — — 27
27. Gymnotus. — — — 29

Sub *Acanthopterygiis* comprehenduntur

28. Polynemus. — — — — p. 31
29. Blennius. — — — — 32
30. Scomber — — — — 34
31. Myſtus. — — — — 34
32. Mugil. — — — — 35
33. Labrus. — — — — 36
34. Sparus. — — — — 37
35. Sciaena. — — — — — 38
36. Holocentrus. — — — — 40
37. Perca { dorſo monopterygio. — p. 41 / dorſo dipterygio. — — 41
38. Trachinus. — — — — 42
39. Trigla. — — — 42
40. Scorpaena. — — — — 46
41. Cottus. — — — 46
42. Zeus — — — 47
43. Chaetodon. — — — 48
44. Gaſteroſteus. — — — 49

Sub *Branchioſtegis* complectuntur

45. Baliſtes. — — — — p. 51
46. Oſtracion corpore { quadrangulari. — 54 / triangulari. — — 54 / cathetoplateo vel ſubrotundo. 55
47. Cyclopterus. — — — p. 56
48. Lophius. — — — — 57

Ad *Chondropterygios* referuntur

49. Callorynchus. — — — p. 59
50. Acipenſer. — — — — 60
51. Squalus. — — — 60
52. Raja. — — — p. 63
53. Petromyzon. — — — — 64

MUSEUM

MUSEUM ICHTHYOLOGICUM.

Ordo Primus

continet

MALACOPTERYGIOS.

Arted. Gen. 1. Linn. Gen. 148.

SYNGNATHUS.

Corpus oblongum, gracile, polygonum, inciſuris inſtructum.

Caput oblongum, cathetoplateum, productum in maxillas a lateribus clauſas, & in extremitate roſtri tantum apertas.

Membrana Branchioſtega officulorum . . . . .

Pinnae quatuor vel unica; in *Dorſo* una, & in medio fere ejus ſita.

1. SYNGNATHUS corpore quadrangulo, pinna caudae carens. *Arted. Gen.* 1. *n.* 1. *Synon. p.* 1. *n.* 1. *Balk. Mus. Princ. n.* 58.

Hippocampe, o Cavalleto marino. *Moscard. mus. l.* 2. *c.* 64.

Hippocampus. *Jacob. Muſ. Reg.* §. 26. *de piſc.*

Hippocampus Rondeletii. *Gesner. aquat. l.* 4. *p.* 414.

Cheval marin. *Pomet hiſt. de drog. p.* 80.

Numerus inciſurarum, in quem monente Cl. Artedio attendendum eſt, quantum differat, ex ſequenti patet; In *Uno* hujus ſpeciei *Piſce* a capite ad anum undecim, & ab ano ad caudae apicem quatuordecim numeravi; In *Altero* vero *Specimine* ab ano ad caudam triginta duas computavi. Num pro diverſis ſpeciebus, an vero pro differentia ſpecifica habendi ſint duo iſti piſces, incertus haereo.

Corpus undique in inciſurarum junCturis, longis acutisque Apophyſibus inſtructum eſt; Nonnulla dantur ſpecimina, quae hiſce Apophyſibus carent, hincque pro diverſa ſpecie, ſed ut puto, perperam a priore distinxere Auctores, uti

Hippocampus non aculeatus, inciſuris raris. *Willugb. icht. t. J. 25. f.* 4.

Hippocampus non aculeatus inciſuris crebris, Indiae Orientalis. *Willugb. ibid. f.* 5.

Ikan Koeda-Laoet Jang Hidjoe, 't Groen Zeepaardje. *Valent. piſc. amb. f.* 60. *p.* 366. *n.* 60.

Ikan Laoet Jang Koening, 't Geel Zeepaardje. *Valent. ibid. f.* 130. *p.* 388. *n.* 130.

Frequens piſcis in Mari Mediterraneo & Indico, a Belgis vocatus *het Zee Paardje*, ab Italis *Cavalleto* & *Cavallo marino*, & ab Auctoribus *Hippocampus*.

2. SYNGNATHUS teres, pinnis pectoralibus, caudaeque carens. *Arted. Gen.* 1. *n.* 2. *Synon. p.* 2. *n.* 4. *Linn. faun. ſuec.* §. 334.

Solenoſtomus ſeu Acus lumbriciformis aut ſerpentinus. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 27. *t.* 5. *f.* 4.

Ikan Boaja Bezar, groote Kayman. *Valent. piſc. amb. f.* 134. *p.* 389. *n.* 134.

Ikan Piſau Jang Merah, 't Roode Mesvisje. *Valent. ibid. f.* 481. *p.* 500. *n.* 481.

Haec Species unicam tantum Pinnam, in Dorſo nimirum gerit, quadraginta duobus officulis ſuffultam.

In Mari Septentrionali frequens, nec non ad littora Catvicenſia.

3. SYNGNATHUS corpore medio heptagono, cauda pinnata. *Arted. Gen.* 1. *n.* 3. *Synon. p.* 2. *n.* 3. *Linn. faun. ſuec.* §. 335.

Solenoſtomus a capite ad caudam heptagonus. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 24. *n.* 2.

Pinnae in corpore quatuor; nimirum ad *Pectus* duae; in *Dorſo* unica, triginta ſeptem officulorum; & ad *Caudam* itidem una, quae ſubrotunda, & decem officulis inſtructa.

Longitudine raro quindecim uncias excedit. Frequens in Mari Septentrionali, & ad littora Catvicenſia.

4. SYNGNATHUS corpore medio hexagono, cauda pinnata. *Arted. Gen.* 1. *n.* 4. *Synon. p.* 1. *n.* 2.

Solenoſtomus in medio corpore hexagonus, a podicead pinnam usque quadratus. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 24. *n.* 2.
Acus Ariſtotelis. *Dale hiſt. of Harw. p.* 427. *n.* 1.
Vivit cum Superiore in Mari Septentrionali.

Pinnae in toto corpore quatuor; ſcilicet ad *Pectus* duae novem officulorum; in medio *Dorſi* unica ſeptem officulorum; ad *Caudam* etiam unica, quae ſubrotunda, & duodecim officulis ſuffulta.

Arted. Gen. 2. Linn. Gen. 141.

COBITIS.
Corpus cathetoplateum, maculoſum, oblongum, teres.
Caput cathetoplateum, parvum; *Ore* cirrato.
Membrana Branchioſtega officula tria utrinque continet.
Pinnae ſeptem: *Dorſalis* & *Ventrales* eâdem a roſtro diſtantiâ.

5. COBITIS aculeo bifurco infra utrumque oculum. *Arted. Gen.* 2. *n.* 1. *Synon. p.* 3. *n.* 2. *Spec. p.* 4. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 60.

Cobitis aculeata. *Marſil. Danub. tom.* 4. *p.* 3. *t.* 1.
Pinna Dorſi officulorum ſeptem, in medio dorſo ſita; *Pectorales* . .; *Ventrales* officulorum ſeptem; *Ani* ſex; *Cauda* ſubrotunda, ſexdecim officulis ſuffulta.
Frequens apud Nos in Foſſis; frequentiſſime Bruxellis.

6. COBITIS tota glabra maculoſa, corpore ſubtereti. *Arted. Gen.* 2. *n.* 2. *Synon. p.* 2. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 59.

Habitat in noſtris Foſſis, Fluviisque.

7. COBITIS caeruleſcens, lineis utrinque quinque nigris longitudinalibus. *Arted. Gen.* 2. *n.* 3. *Synon. p.* 3. *n.* 3.

Cobitis barbatula aculeata. *Willugb. icht. t.* Q. 8 *f.* 3. *mala*, nam Pinna Ani omnino omiſſa eſt.
Cobitis aculeo bifurco ſupra utrumque oculum. *Gronov. act. ups.* 1742. *p.* 79. *t.* 3.
Enchelyopus barbulis ſex maxillae ſuperioris, quatuor inferioris. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 59. *n.* 1.
Muſtela foſſilis. *Marſil. Danub. tom.* 4. *p.* 39. *t.* 13.
Piſcis foſſilis Peitsker, Meerputten, vel Meerſtuſchen. *Fabric. ad Geſner. aquat. p.* 373.
Melius Erdputten, vel Erdtruſſchen. *ibid. paral. p.* 18. *& l.* 3. *nov. de piſc. & aquat. p.* 101, 166, 170.
Rariſſime apud Nos, Veſaliis autem frequentiſime.

Arted. Gen. 3. Linn. Gen. 129.

CYPRINUS.
Corpus cathetoplateum, ſquamis ſplendentibus tectum.
Caput mediocre, latitudinem corporis aequans. *Os* nunc cirris inſtructum, nunc deſtitutum.
Dentes nulli in Maxillis, verum tantum ad Fauces.
Membrana Branchioſtega officula tria utrinque continet.
Pinnae ſeptem.

§. 1.
Ore cirris carente.

8. CYPRINUS iride, pinnis ventris & ani plerumque rubentibus. *Arted. Gen.* 3. *n.* 1. *Synon. p.* 10. *n.* 18. *Gronov. act. ups.* 741. *n.* 49.

Hujus ſpeciei Varietates ſequentes apud Nos vulgo obviae:
α) *Pinna Dorſi* inſtructa officulis duodecim, *Ventrales* novem, *Ani* tredecim.
β) Altera varietas eſt, cujus *Pinna Dorſi* eſt officulorum novem, *Ventrales* ſeptem, & *Ani* duodecim.
γ) Tertia varietas datur, cujus *Pinna Dorſi* eſt officulorum undecim, *Ventrales* decem, & *Ani* tredecim.
δ) Quarta varietas, cujus *Pinna Dorſi* eſt officulorum tredecim, *Ventrales* decem, & *Ani* duodecim.
ε) Quinta varietas, cujus *Pinna Dorſi* eſt officulorum decem, *Ventrales* novem, & *Ani* quindecim.
Ultima varietas a piſcatoribus *Koning van de Voorns* ſeu *Rex Cyprinorum* nuncupatur, de quo *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 53.
Quatuor anteriores *Blanke Voorns* ſ. *Cyprini nitidi* audiunt.
Inhabitat frequentiſſime noſtros fluvios, flumina ac foſſas.

9. CYPRI-

9. CYPRINUS iride, pinnis omnibus, caudaque rubris. *Arted. Gen.* 3. *n.* 2. *Synon. p.* 4. *n.* 3. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 57.

Cyprinus pinnae ani radiis quatuordecim, pinnis omnibus rubris. *Linn. faun. ſuec.* §. 324.

Hujus duae notabiles Differentiae apud Nos obſervantur; nimirum:

α) Cujus *Pinna Dorſalis* eſt decem oſſiculorum, *Pectorales* duodecim, *Ventrales* ſeptem, *Pinna Ani* tredecim, *Cauda* viginti duorum.

β) Altera varietas habet in *Pinna Dorſali* undecim, in *Ventralibus* novem, & in *Pinna Ani* quatuordecim oſſicula.

Prior vulgo vocatur *Koning van de Ruy*, de quo *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 52. Altera *Ruysvoorn*, vel *Rietvoorn* ſatisque frequens in Fluviorum, Foſſarumque ripis, ſed præcipue in Arundinetis.

10. CYPRINUS quincuncialis, pinna ani oſſiculorum viginti. *Arted. Gen.* 3. *n.* 18. *Synon. p.* 10. *n.* 19. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 57.

Cyprinus pinnae ani radiis viginti. *Linn. faun. ſuec.* §. 330. Alburnus. *Marſil. Danub. tom.* 4. *t.* 13. *f.* 3. Belgis *Naſteling.*

α) *Pinna Dorſi* oſſiculis inſtructa eſt novem, *Ventrales* totidem, *Pinna Ani* viginti duobus, *Cauda* bifurca.

β) Altera varietas eſt, cujus *Pinnae Dorſi* oſſicula ſunt decem, *Ventralium* octo, & *Pinnae Ani* viginti. Haecque a piſcatoribus *Koning van de Naſteling*; vid. *Gronov. act. ups.* 174 . *n.* 58.

Parva admodum copia apud nos invenitur in fluminibus.

11. CYPRINUS pinna dorſi oſſiculorum viginti, linea laterali recta. *Arted. Gen.* 3. *n.* 7. *Synon. p.* 5. *n.* 5.

Cyprinus Hamburger dictus. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 55. Caraſſius. *Marſil. Danub. tom.* 4. *t.* 14.

Pinna Dorſi oſſiculorum viginti, cujus tertium poſtice uncinulis armatum. *Pectorales* undecim. *Ventrales* novem. *Pinna Ani* decem, cujus tertium oſſiculum ſimiliter ac tertium dorſalis pinnae ſerratum eſt. *Cauda* fere aequalis oſſiculorum viginti trium.

Sat frequens apud Nos tempore Autumnali in lacubus ac fluviis.

Belgis *Hamburger* vel *Steen Karper.*

12. CYPRINUS oblongus, macrolepidotus, pinna ani oſſiculorum undecim. *Arted. Gen.* 1. *n.* 12. *Synon. p.* 7. *n.* 10.

Pinna Dorſi oſſiculorum undecim. *Ventrales* novem. *Ani* undecim.

Omnes pinnae coeruleo-nigricant, exceptis Pinnis Ventralibus, quae albae.

13. CYPRINUS iride ſublutea, pinnis ventralibus, anique rubris. *Arted. Gen.* 3. *n.* 14.

Cyprinus pinna ani oſſiculorum tredecim rubra. *Linn. faun. ſuec.* §. 320.

Pinna Dorſi oſſiculorum decem. *Pectorales* viginti. *Ventrales* novem. *Ani* tredecim. *Cauda* biſurca viginti quatuor.

Longitudinem 16 unciarum aequat.

14. CYPRINUS pinnis omnibus nigreſcentibus, pinna ani oſſiculorum viginti ſeptem. *Arted. Gen.* 3. *n.* 17. *Synon. p.* 4. *n.* 2. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 56.

Cyprinus pinna ani radiis viginti ſeptem, pinnis fuſcis. *Linn. faun. ſuec.* §. 318.

Brama. *Marſil. Danub. tom.* 4. *t.* 16.

Cyprini lati, quos Brachsmann noſtri vocant. *Scheuch. it. alp. p.* 356.

Majores apud Nos vocantur *Braſem*, & Minores *Bley.* Frequentiſſimus piſcis in noſtris fluviis ac foſſis.

Pinna Dorſi oſſiculorum undecim. *Ventrales* decem. *Ani* viginti ſeptem. *Cauda* bifurca.

15. CYPRINUS pinna ani duplici, cauda bifurca. *Balk. mus princ. n.* 57.

Pinna Dorſi capiti propior oſſiculorum octo, quorum primum minimum uncinulis a parte poſteriore inſtructum. *Pectorales* undecim. *Ventrales* ſeptem. *Ani Pinna* poſt anum ſita, ad caudam approximata, quidem ſimplex pinna eſt, ut in aliis ſpeciebus, verum quod obſervatu dignum, conſtat ex duabus oſſiculorum diſtinctorum ſeriebus ex unico radicum ordine ortis, hinc extrinſecus duplex apparet. *Cauda* bifurca oſſiculorum viginti majorum, exceptis lateralibus aliquot minoribus.

Squammae amplae, argenteae, nitidae.

Linea Lateralis curva, dorſo propior.

Habitat in Chinae fluviis.

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

16. CYPRINUS caudae parte inferiore duplici, officulo tertio pinnarum dorsi & ani uncinulis armato.

Figura Corporis eadem est, quam habet Cyprin. 8. *Arted. Gen.*

Intestina, ut in Cyprini prima Specie *Arted. Spec.*

Color totius corporis argenteus, splendens.

Anus caudae propior.

Linea Lateralis parum curva, in mediis lateribus.

Pinnae omnes albidae, numeroque sunt septem.

Pinna Dorsalis unica, longe extensa, officulorum viginti unius, quorum tria priora robusta, indivisa, reliqua ad apices ramosa. Officulum tertium omnium robustissimum, indivisum, tres lineas longum, a postica parte duplici serie uncinulis armatum. *Pectorales* subrotundae officulorum septemdecim ramosorum. *Ventrales* in medio ventre, officulorum octo ramosorum, excepto primo simplici. *Pinna Ani* mox post anum sita, e regione ossiculi ultimi pinnae dorsalis, officulorum octo ramosorum, exceptis tribus prioribus simplicibus, quorum tertium idem ac tertium pinnae dorsalis.

Cauda in ambitu aequalis, cujus pars inferior duplici serie officulorum distinctorum instructa est, hinc superior pars simpliciter pinnata, & inferior dupliciter.

Longitudo tota trium unciarum.

Vivit cum praecedente, in Chinae fluminibus.

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

17. CYPRINUS oblongus, subquadrangulus, pinna dorsi & ani parallelogramma.

1. Figura corporis oblonga, a capite ad anum usque quodammodo quadrangularis, qualem figuram in Dobula agnoscit Schoneveldius.

2. *Caput* oblongum, dorso angustius, subacutum.

3. *Nares* magnae, duplici apertura utrinque praeditae, rostro quam oculis propiores.

4. *Mandibula* inferior ore clauso brevior superiore.

5. *Oculi* rotundi ad latera capitis siti. *Iris* argentea lata. *Pupilla* superne velo tecta, nigra.

6. *Dorsum* a capite parum assurgens, totum convexum, latum.

7. *Opercula branchiarum* argentea, splendentia, leviter caelata, ad junctiuras ossium rubedine mixta, ex tribus officulis membrana nexis constantia.

8. *Squamae* magnae, striis longitudinalibus notatae, in dorso obscurioris coloris; in lateribus albidae ac in conjunctionibus membrana nigricante tectae; in ventre imbricatim sitae, omnino argenteae.

9. *Dentes* in faucibus, ut in congeneribus.

10. *Membrana Branchiostega* ex tribus officulis latissimis utrinque constat.

11. *Linea Lateralis* curva, ventri propior, circa branchias maxime sursum flexa.

12. *Rictus* mediocris.

13. *Venter* a capite ad pinnam ani usque omnino planus, inde in carinam subacutam contractus.

14. *Pinnae* in toto pisce septem, scilicet una Dorsalis, duae Pectorales, duae Ventrales, una Ani & Cauda.

15 *Pinna Dorsi* caudae parum propior, fere parallelogramma, seu oblongo-quadrata, nigrescens, unciam lata; officulis decem, quorum primum minimum & simplex, sex linearum, adnato secundo longissimo 15 linearum; ultimum vero officulum unciam capit; octo posteriora ultra medium divisa sunt.

16. *Pectorales* fere triangulares, leviter rubescentes officulorum quindecim, quorum primum simplex, parum ramosum breve; tertium vero osficulum longissimum 15 lineas aequat.

17. *Ventrales* situ anteriore quam dorsalis, fere subrotundae, osficulorum novem validorum & ruberrimorum, ultra medium divisorum, excepto primo simplici.

18. *Pinna Ani* fere parallelogramma, unciam lata, rubicunda, osficulis decem validis, primo & secundo simplicibus, reliquis ultra medium ramosis, quorum primum minimum unciae longitudinem, & secundum longissimum tredecim lineas aequant.

19. *Cauda* lata, nigro-canescens, parum bisurca, officulorum viginti ramosorum, excepto primo & ultimo simplicibus.

20 *Anus* ante pinnam ani.

21 *Costae* 20 utrinque, *Vertebrae* 42.

22 Longitudo tota a rostro

ad finem caudae	——	1 —	: — :
ad Pinnas Pectoris	—	: —	2 - 4
— — Dorsalem	—	: —	5 - 7
— — Ventrales	—	: —	5 - 2
— — Ani	— —	: —	7 - 3
— — Caudae	—	: —	10 - :

Rariffimus piscis nostris in Fluminibus.

D. D. NICOLAI VAN DE VELDE, D. F.

§. 2.

Ore cirroso.

18. CYPRINUS mucosus totus nigrescens, extremitate caudae aequali. *Arted. Gen.* 3. *n.* 6. *Synon. p.* 5. *n.* 7. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 53.

Cyprinus pinna ani officulorum undecim, cauda integra. *Linn. faun. suec.* §. 321.

Tinca. *Marsil. Danub. tom.* 4. *p.* 47. *t.* 15. *Blas. anat. p.* 305. *Bellon. aquat.* 314. *Dale hist. of Harw. p.* 434. *n.* 2.

Belgis *Zeelt.*

Cirrus utrinque unicus parvus ad angulos oris. Masculis *pinnae pectorales* crispantur.

Pinna Dorsalis officula habet decem. *Ventrales* novem. *Ani* decem. *Cauda* aequalis.

Admodum frequens in Fossis, & Arundinetis.

19. CYPRI-

19. CYPRINUS cirris quatuor, officulo tertio pinnarum dorſi & ani uncinulis armato. *Arted. Gen.* 3. *n.* 8. *Synon. p.* 3. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 54. *Sidren. mater. med. n.* 43.

Cyprinus cirrhis quatuor, officulo tertio pinnarum dorſi anique uncinatis. *Linn. faun. ſuec.* §. 317.

Carpio. *Petit. act. gall.* 1733. *p.* 274. *t.* 15. *Blas. anat. t.* 52. *f.* 4, 5, 6, 7.

Cyprinus. *Dale hiſt. of Harw. p.* 434. *n.* 1. *Merret. pin.* 190.

Karp. *Meyers vorſtell. t.* 7.

Belgis *Karper.*

Cirrus utrinque unicus in maxilla ſuperiore & totidem ad oris angulos.

a) *Pinna Dorſalis* officulis ſuffulta eſt undecim; *Pectorales* quatuordecim; *Ani* octo; *Ventrales* totidem; *Cauda* bifurca novemdecim.

b) Varietas datur, cui in *Pinna Dorſali* ſunt viginti tria oſſicula; in *Pectorali* ſeptemdecim; *Ventralibus*, & *Ani Pinnis* octo.

In *Hollandiae* fluminibus ſatis frequens.

20. CYPRINUS oblongus, maxilla ſuperiore longiore, cirris quatuor, pinna ani officulorum ſeptem. *Arted. Gen.* 3. *n.* 11. *Synon. p.* 8. *n.* 14.

Barbus. *Marſil. Danub. tom.* 4. *p.* 18. *t.* 7.

1. *Piſcis* in fluvio Iſala frequens, & praecipue prope Daventriam, ibique *Barm* vocatus.

2. *Caput* cathetoplateum, magnum, ad branchias craſſiſſimum, declive in apicem naſiformem; ſubtus albido-coeruleum, intus albidum.

3. Os infra roſtri apicem, quatuor cirris inſtructum, anguſtum.

4. *Cirri* duo in apice mandibulae ſuperioris infra roſtrum, & duo alii, utrinque unicus poſt oris angulos; omnes ejusdem longitudinis, quinque lineas aequantes, compreſſi, linea rubeſcente per longitudinem picti.

5. *Mandibula* ſuperior inferiorem totam circumcingit, ac pyxidis modo claudit.

6. *Nares* ut in congeneribus.

7. *Oculi* convexi, in ſupremo capitis latere ſiti, ovales, tunica propria tecti; *Pupilla* ſubrotunda.

8. *Opercula Branchiarum* laevia, albeſcentia.

9. *Membrana Branchioſtega*, *Dentes*, & *Inteſtina* ut in congeneribus.

10. *Dorſum* a capite ad pinnam dorſi aſſurgens, poſt eam declive verſus caudam.

11. *Pectus* & *Venter* parum plana, adeo ut ſitu prono, ventri incumbens, ore terram attingat.

12. *Squamae* imbricatim ſitae, ſplendidae, quadratae, magnae, in dorſo ac lateribus coeruleae, in pectore albidae, verſus caput parvae, ſed caudam verſus maximae.

13. *Linea Lateralis* prope branchiarum aperturas declinat, inde recta ad medium caudae, ventri parum propior, tendit.

14. *Pinna Dorſi* capiti propior officulis conſtat duodecim, quorum primum minimum, ſecundum majus, tertium maximum, & poſtice duplici ſerie uncinulis armatum: Haec tria Officula cum reliquis ramoſis, flexilibus, & margine ſupremo nigricante dotis non connectuntur, ſed omnino ab iis ſeparata ſunt.

15. *Ventrales* duae, utrinque una e regione pinnae dorſalis, rubrae, oſſiculorum novem ramoſorum, excepto primo ſimplici.

16. *Pectorales* duae, utrinque una mox poſt opercula, oblonga, ſexdecim officulis inſtructa, quorum primum ſimplex, caeteraque ramoſa.

17. *Pinna Ani* poſt anum ſita, ſeptem officulis ramoſis, exceptis duobus prioribus ſimplicibus, inſtructa, rubeſcens.

18. *Cauda* biſurca, ſexdecim officulorum ramoſorum, exceptis utrinque quatuor lateralibus ſimplicibus; rubeſcens, margine nigro picta.

Arted. Gen. 4. Linn. Gen. 133.

CLUPEA.

Corpus cathetoplateum; *Venter* acutus, & ex Squamis ſingularibus ſerratus.

Membrana Branchioſtega utrinque octo oſſicula continet.

Pinnae ſeptem. *Dorſalis* roſtro propior, quam Ventrales.

21. CLUPEA maxilla inferiore longiore, maculis nigris carens. *Arted. Gen.* 4. *n.* 1. *Synon. p.* 14. *n.* 1. *Linn. faun. ſuec.* §. 315.

Halec. *Blas. anat. p.* 277.

Harengus. *Bellon. aquat.* 171. *Merret. pin.* 185. *Dale hiſt. of Harw. p.* 432.

Hujus ſpeciei praecipue dantur duae Differentiae apud Nos.

α) Cujus *Pinna Dorſi* eſt officulorum novemdecim. *Pectorales* quindecim. *Ventrales* octo. *Ani* ſexdecim.

β) Differentia a priore nil differt, niſi *Lateribus*, quae in hac β multo ſunt anguſtiora & longiora.

Ventrales praeterea *Pinnae* novem ſunt oſſiculorum, & *Pinna Ani* decem.

Haecque varietas rariſſime apud Nos, ſed prior admodum frequens, ſi ſale condatur, vocatur *Haring*, fumo vero ſi induretur, *Bokkum* audit.

Vivit in Mari Septentrionali.

22. CLUPEA quadriuncialis, maxilla inferiore longiore, ventre acutiſſimo. *Arted. Gen.* 4. *n.* 2. *Synon. p.* 17. *n.* 4. *Linn. faun. ſuec.* §. 316.

Belgis *Sprot.*

Frequens in Mari Septentrionali.

23. CLUPEA apice maxillae ſuperioris bifido, maculis nigris utrinque. *Arted. Gen.* 4. *n.* 3. *Synon. p.* 15. *n.* 2.

Aloſa. *Blas. anat. p.* 260.

Aloſa, vel Clypea, vel Triſſa. *Franz. anim. ſacr. p.* 450. 451.

Harengus minor ſive Pilchardus. *Dale hiſt. of Harw. p.* 434. *n.* 2.

Sardellen. *Valent. mus. muſeor. Germ. p.* 486.

Sarde a kind of Sprat. *Raj. voyag. p.* 362.

α) *Pinna Dorſi* officulorum octodecim. *Ventrales* octo. *Pinna Ani* viginti. *Maculae* in ſummis lateribus utrinque tres nigrae.

β) Hujus exſtat Varietas, cujus *Pinna Dorſi* eſt officulorum octodecim. *Ventrales* ſeptem. *Pinna Ani* ſeptemdecim. *Maculae* in lateribus quindecim nigrae.

Longitudo hujus β quindecim eſt unciarum.

Raro apud Nos occurrit; Vivit tamen cum praecedentibus in Mari Septentrionali.

Belgis *Elft.*

Arted. Gen. 5. Linn. Gen. 140.

ARGENTINA.

Corpus cathetoplateum, oblongum, teres.

Caput cathetoplateum: *Dentes* in utriſque maxillis, lingua & palato.

Membrana Branchioſtega. . . . . .

Pinnae ſeptem.

24. ARGENTINA pinna dorſali ventralibus oppoſita.

Argentina. *Arted. Gen.* 5. *n.* 1. *Synon. p.* 17. *n.* 1.

Raro apud Nos. Inhabitat Mare Septentrionale.

Longitudo quadriuncialis.

Pinna Dorſalis officulorum decem; *Ani* totidem; *Cauda* bifurca nigra.

Dentes in maxillis utrisque, lingua & palato.

SILURUS.

Corpus cathetoplateum, oblongum, lubricum, alepidotum.

Caput plagioplateum, declive, depreſſum, corpore medio latius, Ore obtuſo, denticulato, cirroſo inſtructum.

Membrana Branchioſtega utrinque officula quatuordecim continet.

Pinnae ſeptem. *Dorſalis* parva, mox poſt caput. *Pinna Ani* cum Cauda continuata.

25. SILURUS cirris duobus ad maxillam ſuperiorem, quatuor in mento.

Silurus cirris quatuor in mento. *Arted. Gen. append. n.* 2. & *Synon. append. p.* 110. *n.* 1.

Silurus ſ. Glanis Salviani. *Willugb. icht. t. H.* 5. *f.* 2. nil quadrat.

Gadus dorſo monopterygio, cirris maxillae ſuperioris duobus, inferioris quatuor. *Linn. faun. ſuec.* §. 291.

Silurus ſ. Muſtela maxima. *Jacob. Muſ. Reg.* §. 38. *de piſc. t.* 3. *n.* 38. Cirri nimis longi.

Piſcis magnus Tobiae ſ. Silurus. *Helvig. diſſert. p.* 20. *c.* 3.

Silurus vel Glanis. *Marſil. Danub. tom.* 4. *p.* 7. *t.* 2.

Schaiden. *Salmon. hiſt. hod. tom.* 9. *p.* 354. *fig. appoſita. Belg.*

Belgis *Meerval.*

1. *Piſcis* oviparus, fluviatilis, in Sinu Harlemenſi frequens, ſeque recondens in illis agrorum iſthmis, ubi oſtia aliorum fluviorum vel foſſarum proxime adſunt, quibus in locis quotidie magnus congregatur aliorum piſcium numerus, quod & piſcatoribus non eſt incognitum, qui ibidem etiam, bonam capturam ſperantes, retia ſua tendunt, in quibus non raro noſtrum piſcem reperiunt.

2. *Corpus* anguillae inſtar longum, muco albido-flaveſcenti, tenaciſſimo lubricum, alepidotum; ad anum usque craſſum, ac ſubrotundum, ventre imo plano inſtructum, ab ano ad caudam magis compreſſum.

3. *Dorſum* fuſci coloris maculis nigris conſperſum monopterygium, rotundum, rectum. *Latera* & *Venter* ſubalbida, lituris obſcure fuſcis picta.

4. *Caput* plagioplateum, declive, valde depreſſum, medio corpore latius.

5. *Os* obtuſum, ſemilunare, amplum, latum.

6. *Rictus* ampliſſimus, latitudini capitis quodammodo reſpondens.

7. in Maxilla Superiore utrinque unica, & in Inferiore duae utrinque dantur *Areae*, denticulis confuſaneis introrſum reclinatis, asperae.

8. *Man-*

8. *Mandibula Inferior* ſuperiore paulo longior.

9. *Cirri duo* praelongi, ab inferiore parte concavi, in maxilla ſuperiore ante oculos ſiti, albidi, duas uncias & tres lineas longi; Adſunt adhuc *quatuor* in mento duas tresve lineas longi.

10. *Labia* mollia, rotunda, craſſa.

11. *Nares* duplici apertura praeditae, ad quarum inferiorem valvula adeſt, foramen tegens.

12. *Oculi* ad latera capitis, mox ſupra cirros (9) longiſſimos, rotundi, parvi, cute capitis communi tecti. *Pupilla* nigra, ovalis, parva, *Iris* argentea.

13. *Membrana Branchioſtega* oſſicula quatuordecim utrinque continet.

14. *Pinnae* in toto piſce ſeptem, inermes: ſcilicet unica Dorſalis, duae Pectorales & totidem Ventrales, unica Ani, & Cauda.

15. *Pinna Dorſalis* unica exigua, capiti proxima, trium oſſiculorum inermium, quorum primum craſſiſſimum ſimplex; reliqua vero ramoſa.

16. *Pinna Pectoralis* utrinque una, rotunda, magna, poſt opercula ſita, oſſiculorum quindecim inermium, ramoſorum, excepto primo ſimplici robuſto, duro, rigido, verrucoſo, poſticeque ſcabro.

17. *Ventrales* duae in medio ventre, a capite parum remotiores quam pinna dorſalis (15), mox ante anum ſitae, oſſiculis inſtructae undecim inermibus.

18. *Pinna Ani* mox poſt anum, longiſſima, ab ano ad caudam extenſa, cumque ea continuata, continens nonagintis plura oſſicula ramoſa.

19. *Cauda* indiviſa, margine parum rotundato, oſſiculorum quindecim ramoſorum.

20. *Linea Lateralis* recta, dorſo quam ventri propior.

21. *Cutis* alepidota, dura, tenax, in abdomine craſſiſſima, muſculis arctiſſime adnexa per

22. *Membranam Celluloſam*, quae cute ipſa triplo craſſior, oleoſo liquore plena, quo tumida erat, hincque cutis ad muſculos mobiliſſima.

23. *Peritonaeum* oritur a parte ſuperiore, diaphragmati applicatur, inde ab anteriore muſculis abdominalibus adnexum producitur ad radices usque pinnarum ventralium (17); In Utrisque Lateribus decedunt duae membranae a ſe invicem; In qua duplicatura ope Celluloſae liberrime haerent Renes atque Veſica Aërea; & hoc modo viſcera complectens tandem firmiter applicatur corporibus vertebrarum dorſi omnium.

24. *Palatum* glabrum; & *Lingua* nulla.

25. *OEſophagus* ex ore per diaphragma delabitur, magnus craſſus rugoſus & amplus, in Orificio, ſeu ad Fauces infernas *duobus oſſiculis* rotundatis, convexis, denticulis conſuſaneis exaſperatis inſtructus, quibus ſuperne diametraliter totidem reſpondent. Mox ubi per diaphragma egreſſus eſt, ei adnectitur *Hepar*, ſub cujus exortu adnectitur Membrana tenuis, pellucida, multis vaſis referta totum OEſophagum, Ventriculum, Inteſtina cum partibus adnexis ad Inteſtinum usque Rectum, cui adhaeret, laxiſſime complectens; an forſitan Omenti munus perficit?

26. Protractus OEſophagus tandem abit in *Ventriculum*, qui capax eſt, figuram habens oblongam, rotundam, OEſophago parum amplior, ad baſin protuberans, dextrorſum decedens in

27. *Pylorum*, nullis Appendicibus praeditum, abeuntem in

28. *Inteſtina* ſatis capacia, a dextro verſus ſiniſtrum reflexa latus, terminata in

29. *Anum*, mox ante pinnam ani in medio abdomine, foramine ſatis amplo rotundo inſtructum.

30. *Branchiae* utrinque quatuor, quae a parte interiore aculeis oblongis, acutis, raris, in Tribus Superioribus unico, & in Inferiore duobus ordinibus armantur.

31. *Cor* inter Branchias ſitum, conico-triangulare, baſi plana, laeve, *Auricula* unica inſtructum Cordis dimidiam magnitudinem aequante; unico Ventriculo praeditum.

32. *Aorta* a ſuperiore cordis angulo protracta, figura pyriformi, ſive ex baſi ampliſſima in longam anguſtamque extenſa Arteriam, quae ſimplex, & ad unamquamque Branchiam unum ramum emittens. Uti Arteria ſimplex, ita & Vena unica datur, quae Auriculae inſeritur.

33. *Hepar* magnum, bilobum, lobo ſuperiore ſiniſtrorſum & ſuperne totum Ventriculum & OEſophagum tegens, a ſuperiore parte aequabile, rotundatum ad cavitatem Diaphragmatis; ibique hic lobus eſt latus, amplus & craſſus, ſitque ſenſim tenuior, dum extenuatur; Huic lobo adnexus eſt lobus alter, priore duplo minor, fere triangulatus.

34. *Veſica Fellea* oblonga, pyriformis, longitudinaliter per quamplurima Vaſa adnectitur Hepati, ad Lobi praecipue majoris marginem inferiorem dextrum: praebens quoque ramos Pyloro, qui ei inſeruntur.

35. *Veſica Aërea* magna, oblonga, primis Coſtis Dorſalibus adnexa, per totum abdomen extenſa, & reliquis Coſtis appoſita, ad exortum emittit *Ductum Pneumaticum* ſatis amplum, craſſum & longum, Peritonaeum pertundens, qui oblique ſurſum verſus adſcendens ingreditur OEſophagum. Hic Ductus, quum nulla Valvula occluditur, liberum aëris introitum atque exitum ex OEſophago in Ventriculum & vice verſa conciliat, & ne quid cibi inter deglutiendum in eum incideret, clauditur procul dubio haec via ab OEſophagi fibris muſculoſis.

36. Interne ab hoc ductu decedit *Membrana*, longitudinaliter Veſicam in duo Lateralia Cava dividens ad finem uſque.

37. In ſuperiore hujus veſicae parte erat *Viſcus* quoddam triangulare, rubrum, Coſtis firmiſſime adnexum multa vaſa ſanguifera per Veſicae Aëreae ſuperficiem ſpargens.

38. *Ren* in hoc piſce unicus, magnus, ſimplex, ab inferiore parte Veſicae Aëreae ſitum, corporibus infimis vertebrarum incumbens, triangularis quodammodo, mucrone ſuo Anum verſus ſpectans, a ſuperiore duos Lobos, unum utrinque, per totam

veſicae longitudinem emittens, cui lateraliter per membranam celluloſam adnectuntur, coſtis incumbentes.

39. Ex corpore hoc triangulato deſcendunt per Peritonaeum *Vaſa Sanguifera* ac *Spermatica* ad Veſiculas Seminales. Haec vaſa per membranam celluloſam invicem cohaerent.

40. *Lactes* ſeu *Veſiculae Seminales* duae, oblongae, lineares, complanatae, & lobatae, per longitudinem abdominis ſupra inteſtina diſpoſitae, adnexae peritonaeo a parte exteriore, vaſa accipientes ab infima parte ex Rene, procurrentes juxta inferiora latera inteſtini recti ad anum, inter quem & pinnam ejus tandem deſinit in *Penem*, unius & dimidiae unciae longitudinem aequantem.

41. Libras 24 Amſtelodamenſes ponderans.

42. *Vertebrae* ſunt 71 numero, & *Coſtae* utrinque 19.

43. Longitudo a roſtro

ad finem caudae	——	4	—	:	—	4
ad narium foramina prima	:	—	:	—		5
—— —— altera	:	—	1	—		6
ad oculos —— ——	:	—	2	—		5
ad opercula — —	:	—	9	—		:
ad pinnas pectorales —	:	—	9	—		5
ad earum fines ——	1	—	2	—		:
ad pinnas ventrales —	1	—	3	—		:
ad earum fines — —	1	—	6	—		5
ad pinnam ani ——	1	—	4	—		8
ad ejus finem —— —	3	—	7	—		3
ad pinnam dorſi ——	:	—	11	—		5
ad ejus finem ——	1	—	:	—		2

44 Latitudo transverſalis inter nares : — 2 — 7
inter cirros maximos ſuperiores — — : — 4 — :
inter oculos — — : — 4 — 8
dorſi ad ejus pinnam — : — 3 — :
capitis ſupra opercula : — 9 — 5
dorſi ante caudam — : — 1 — 2

45. Altitudo capitis ante oculos — : — 5 — 5
ante pinnas pectoris — — : — 6 — :
corporis ante pinnas ventris — — : — 7 — :
ante caudam - : — 2 — 5

Linn. Gen. 123.

ASPREDO.

Corpus cathetoplateum, alepidotum, oblongum, a pinna dorſi ſenſim gracileſcens.

Caput plagioplateum, corpore multo latius. *Oculi* minimi, in ſupremo capite. *Cirri* ſex ad os.

Membrana Branchioſtega oſſicula quatuor utrinque continet.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica exigua mox poſt caput. *Officula primora Pinnarum Pectoralium* robuſtiſſima, maxima, ab utraque parte dentata.

26. ASPREDO. *Balk. Mus. Princ. n.* 43. *t.* 2. *f.* 5.

Myſtus cirris ſex, appendice dorſi carens. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

1. *Caput* magnum, plagioplateum, corpore multo latius, nudum, inaequale.

2. *Corpus* a pinnis pectoralibus ſenſim gracileſcens, oblongum, cathetoplateum, teres.

3. *Venter* latus, planiuſculus.

4. *Dorſum* ſatis latum, a pinna dorſi ad caudam usque Eminentia ſeu Carina exigua, humili, acuta, dura, & fere oſſea inſtructum.

5. *Latera* convexa.

6. *Squamae* nullae, ſed Cutis alepidota, laevis.

7. *Linea Lateralis* fere recta in mediis lateribus.

8. *Os* in apice capitis latum, anguſtum.

9. *Dentes* in maxillis & faucibus.

10. *Maxilla Superior* ante inferiorem multo prominet.

11. *Cirri* in univerſum ſex, quorum utrinque ſupremus in maxilla ſuperiore reliquis major, pinnas pectorales fere attingens; praeter hos utrinque unicus ad latera labii inferioris, & duo ſub mento.

12. *Nares* unico utrinque foramine praeditae, medio inter maxillae ſuperioris marginem & oculos ſitae, longe a ſe diſſitae.

13. *Oculi* admodum exigui, nigricantes, ſurſum ſpectantes, cute capitis communi tecti, in ſupremo capite ſiti, multum diſtantes.

14. *Aperturae Branchiarum* admodum anguſtae, ante pinnas pectorales parvo hiatu apertae.

15. *Membrana Branchioſtega* officulorum quatuor ſub operculis recondita.

16. *Pinnae* in toto piſce ſeptem, ſcilicet unica in Dorſo, duae Pectorales, & totidem Ventrales, una Ani, & Cauda.

17. *Pinna Dorſi* exigua, mox poſt caput ſita, caudae propior quam pinnis ventralibus, fere triangularis, ſuffulta officulis quinque, quorum primum ſimplex, inerme, & glabrum, flexile; reliqua vero molliora & ramoſa.

18. *Pectorales* duae, utrinque unica, in lateribus ſitae mox poſt opercula branchiarum, officulorum octo, quorum primum eſt os obtuſiuſculum, ſupra omnem modum robuſtum, craſſum & planum, utrinque magnis denticulis acutis & rigidis ſerratum, quorum exteriores ſunt incurvati, & interiores recurvati; reliqua vero hujus pinnae officula ſunt mollia & ramoſa.

19. *Ventrales* duae, utrinque unica, in infimis lateribus prope ad anum ſitae, cujus pinnae paulo ſunt pro-

propiores, officulis ſex mollibus ſuffultae.

20. *Pinna Ani* parum ab ano diſſita, longiſſima, ad caudam fere extenſa, officulorum quinquaginta quinque indiviſorum & inermium.

21. *Cauda* oblonga, anguſta, ita bifurca, ut oſſiculum utrinque extremum in prominentiam longam deſinat, officulis novem ramoſis inſtructa.

22. *Color* admodum varians; in una ſpecie eſt albus cum rufo mixtus, in altera niger cum bruneo.

23. *Longitudo* maxima ſemipedis.

Vivit in Surinamae Fluviis.

Arted. Gen. 6. Linn. Gen. 139.

EXOCOETUS.

Corpus cathetoplateum, oblongum, macrolepidotum.

Caput cathetoplateum; roſtrum ſubacutum.

Membrana Branchioſtega oſſicula decem numeratu difficillima, ſub operculis latitantia, utrinque continet.

Pinnae ſeptem. *Dorſalis* & *Ani* eâdem a roſtro diſtantia. *Pectorales* longiſſimae. *Caudae* pars inferior ſuperiore longior.

27. Exocoetus. *Arted. Gen. 6. n. 1. Synon. p. 18. n. 1. Balk. Mus. Princ. n. 55.*

Hirundo. *Catesb. hiſt. nat. tom. 2. t. 8. f. 1. Boſſuet. epigr. p. 96. Bellon. aquat. 195.*

Parabebe ſecunda. *Piſo. hiſt. nat. p. 61.*

Poiſſon volant. *du Tertre. hiſt. des antill. tom. 2. p. 212.*

Aboadors Portugallis. *Kolbe. deſcri. bonae ſpei. c. 13. Rochefort. hiſt. des antill. c. 16.*

Het Bont Duyſje. *Valent. piſc. amb. f. 489. p. 501. n. 489.*

Ikan Terbang Berampat Sajap, Vliegende Viſch met vleugels. *Valent. piſc. amb. f. 165. p. 398. n. 165.*

Hirundo Luzon. venenata, ruberrima, Bangot dicta. *Edwards. t. 210. f. 1.*

Pinna Dorſi officulorum quindecim. *Pectorales* ſeptendecim. *Ventrales* ſeptem. *Ani . . . Cauda* bifida, cujus inferior pars ſuperiorem multum longitudine ſuperat.

Cor triangulare, conicum.

Hepar oblongum, indiviſum, per abdominis longitudinem ſitum, *Ventriculo* adhaerens, qui ab inteſtinis vix diſtinctus, & ad orificium parumper intumeſcens, in *Inteſtina* ſtatim abiens, quae recta ad anum usque protenduntur.

Vivit in Mari Atlantico & Indico.

Arted. Gen. 10. Linn. Gen. 137.

ESOX.

Corpus oblongum, teres.

Caput oblongum, latitudinem corporis aequans, in maxillas longas protractum, quae dentibus ſcatent.

Membrana Branchioſtega officulorum quatuordecim.

Pinnae ſeptem. *Pinna Dorſi* in extremo dorſo e regione pinnae ani.

28. Esox roſtro plagioplateo. *Arted. Gen. 10. n. 1. Synon. p. 26. n. 1. Sidren. mater. med. n. 42. Gronov. act. ups. 1741. n. 42. Linn. faun. ſuec. §. 304.*

Lucius. *Marſil. Danub. tom. 4. p. 63. t. 22. Blas. anat. p. 281. t. 58. f. 1 — 18. Meyers vorſtell. t. 9. Merret. pin. 190. Dale hiſt. of Harw. p. 433. n. 5. Bellon. aquat. p. 196.*

Belgis *Snoek.*

Pinna Dorſi officulorum octodecim. *Pectorales* undecim. *Ventrales* novem. *Ani* quindecim. *Cauda* bifurca.

In noſtris Fluminibus, Lacubus ac Foſſis frequens & noxius piſcis.

29. Esox maxilla ſuperiore longiore, cauda quadrata. *Arted. Gen. 10. n. 3. Synon. p. 27. n. 3.*

Acus maxima ſquammoſa, viridis. *Catesb. hiſt. nat. tom. 2. t. 30. Willugb. icht. append. p. 22. t. P. 8. f. 2.*

Locus: India Orientalis atque Occidentalis.

30. Esox roſtro cuspidato gracili, ſubtereti, ſpithamali. *Arted. Gen.* 10. *n.* 2. *Synon.* *p.* 27. *n.* 2. *Linn. faun. ſuec.* §. 305. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 43.

Maſtacembelus mandibulis longiſſimis tenuibus, acutiſſime denticulatis, quarum tamen inferior antecedit ſuperiorem. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 21. *n.* 1. *t.* 3. *f.* 2.

Orphy. *Labat. voyag. tom.* 1. *p.* 312. *fig. app.*

Timucu. *Piſo. hiſt. nat. p.* 62.

Aiguille de Mer. *du Tertre. hiſt. des antill. tom.* 2. *p.* 218.

Acus prima ſpecies. *Boſſuet. epigr. p.* 74.

Acus. *Dale hiſt. of Harw. p.* 433. *n.* 4. *Merret. pin.* 186. *Willugb. icht. append. t.* 3. *f.* 3.

1. *Piſcis* longus, laevis, ſplendens, in Mari Septentrionali frequens.

2. *Caput* oblongum, ſuperne & a lateribus plagioplateum, inferne valde anguſtum, deſinens in

3. *Roſtrum* oſſeum, rectum, quod in duas Cuſpides teretes & longas protenditur, maxillas conſtituentes, quarum inferior ſuperiore multo longior.

4. *Corpus* in dorſo & lateribus ad pinnam usque dorſalem rotundum; inde gracileſcit, & cathetoplateum exiſtit.

5. *Venter* a branchiis ad anum uſque parum plannus, utrinque parum angulatus, tuberculis minimis in lineam rectam, ab infimo capite ad caudam extenſam, dispoſitis, inſtructus.

6. *Maxilla Inferior* ſuperiore multo longior & mobilis; ſuperior immobilis; Utraque in apicem molliorem & flexilem deſinens.

7. *Maxilla Superior* ultra duos extenditur digitos; unde rictus ei ſatis amplus.

8. *Dentes* tenues, minimi, recti, innumeri ad maxillarum margines.

9. *Nares* ſuperne ante oculos ſitae, forma trianguli.

10. *Oculi* magni, rotundi, ad latera plana capitis. *Iris* alba. *Pupilla* nigreſcens.

11. *Membrana Branchioſtega* oſſicula quatuordecim utrinque continet.

12. *Lingua* integra, lata, glabra, inferne parum ſoluta.

13. *Linea Lateralis* parum conſpicua, ſupra pinnas pectorales orta, recta corpus percurrit, dorſo quam ventri propior.

14. *Squamae* rotundo-oblongae, tenuiſſimae in dorſo & lateribus. *Venter* a branchiis ad anum alepidotus.

15. *Color* in capite, dorſo & lateribus ad lineam uſque lateralem viridi-coeruleſcens, inde venter argenteo colore ſplendet.

16. *Pinnae* in toto piſce ſeptem; ſcilicet unica Dorſalis, duae ad Pectus, totidem in Ventre, unica poſt Anum, & unica Caudam terminans.

17. *Pinnae Dorſi* in extremo dorſo ſita, e regione quidem pinnae ani, verum origine a capite paulo remotior, oſſiculorum ſexdecim; eſt haec pinna longitudine duorum digitorum cum dimidio.

18. *Pectorales* viridi-coeruleſcentes, medio corpore poſt opercula branchiarum ſitae, oſſiculorum tredecim, quorum primum oſſiculum robuſtum ac ſimplex, undecim lineas longum; ſecundum linea priore longius; caetera vero oſſicula ſunt ultra medium ramoſa; & ultimum horum vix quatuor capit lineas.

19. *Pinnae Ventrales* duae, una utrinque, albeſcentes, excepto primo oſſiculo viridi-coeruleſcente; medio inter ventris angulos ſitae, fere triangulares, caudae quam capiti propiores, oſſiculorum ſeptem, quorum primum integerrimum, & longiſſimum, unciae longitudine; reliquae non longe ab exortu in plures ramulos divaricantur; ultimo lineas quinque capiente.

20. *Pinna Ani* trium unciarum & unius lineae longitudine, dorſali pinnae reſpondens oſſiculorum viginti unius.

21. *Cauda* biſurca, coeruleo-viridis, & circulo ejusdem coloris ſuperne notata, oſſiculorum viginti trium longiorum, quorum duo extrema utrinque integerrima; reliquis diviſis.

22. *Anus* ante pinnam ani locum habet.

23. Ante anum Διαφυσις ab *Ariſtotele* obſervata *l.* 6. *hiſt. anim. c.* 13. & *ab Aeliano hiſt. anim. l.* 9. *c.* 60. & *l.* 15. *c.* 16. ut & a *Plin. hiſt. nat. l.* 9. *c.* 51. notata ſciſſuram referens, ſex linearum longitudine, quae in piſce ſanguine madebat.

24. *Branchiae* utrinque quinque, quarum primum longiſſimum, digitum aequat, ac in parte concava parvis ſubulatis denticulis mollibus munitur. Reliquae vero obtuſis ac minimis tuberculis muniuntur. Ultima branchia linearum ſeptem longitudine.

25. *Cor* oblongum, cui ſuperne *Aorta* inhaeret.

26. *Hepar* in ſiniſtro latere ſitum, ſimplex, ac indiviſum, oblongum, & rotundum, ad medium abdomen protenſum, ruberrimi coloris.

27. Unus rectus & continuus *Ductus*, abſque ulla *Ventriculi* diſtinctione, exterius viſibili, ab ore ad anum tendit, cujus cavitas pennam anſerinam majusculam recipit.

28. *Ovaria* duo, utrinque unum juxta inteſtinum, per totum abdomen extenſum.

29. *Lien* duorum digitorum longitudine, triangularis, coloris obſcure rubri, ad gulam ſitus.

30. *Veſica Aërea* ſimplex, oblonga, per totum abdomen extenſa, dorſo inhaerens.

31. *Renes* ſecundum totam ſpinam extenſi.

32. *Vertebrae* 66. *Coſtae* utrinque 49.

33. Caro dorſi & laterum ad lineam uſque lateralem in noviter diſſecto piſce coeruleo-viridis coloris, ventris vero omnino albi.

34. Belgice audit *Geep.*

35. Longitudo ab apice maxillae inferioris.

ad extremam caudam	2 —	1 —	:
ad oculos ——	——	: — 4 —	8
ad aperturam branchiarum	: —	6 —	4

ad

ad pinnas pectoris — : — 7 — 2
ad —— ventrales — 1 — 3 — 5
ad pinnam dorsi — 1 — 7 — :
ad ejus finem — — 1 — 9 — 3
ad pinnam ani — — 1 — 6 — 5
ad ejus finem — — 1 — 10 — :
ab apice maxillae superioris
ad caudam — — — 1 — 11 — 1

ad oris aperturam — : — 4 — :
ab apice maxillae inferioris
ad oris aperturam — : — 4 — 5
36. Diameter ad oris aperturam — : — 2 — 2
ad oculi medium — : — 2 — 7
ad pinnas ventris — : — 4 — :
ad pinnas pectorales — : — 3 — 4
ad caudam — —— : — 1 — 3

SOLENOSTOMUS.

Corpus oblongum, teres.

Caput oblongum, cathetoplateum, in maxillas a lateribus clausas, & in extremitate rostri tantum apertas, productum: *Opercula* apertissima in lateribus & infima capitis parte.

Membrana Branchiostega officula septem utrinque continet.

Pinnae septem. *Dorsalis* in dorso postremo e regione pinnae ani sita.

31. SOLENOSTOMUS cauda bifurca, & in setam balaenaceam abeunte.

Petimbuabo. *Catesb. hist. nat. tom. 2. p. 17. t. 17.*

1. *Caput* longum, pollicis crassitudine, anterius desinens in

2. *Rostrum* tubulosum, osseum, ultra quinque uncias longum, ex tribus ossibus compositum, membrana valida nexis, rostri dilatationem conciliante.

3. *Primum* & *Superius Os* ex cranio producitur, orbitas oculorum tenens, pulcre striatum, angulosum.

4. *Alterum Os utrinque* operculis branchiarum adnexum; sexcunciae distantia ab apice rostri inter haec tria ossa (2, 3.) occurrunt

5. *Mandibulae* parum acuminatae, quarum inferior superiori longior, & mobilis.

6. Hinc *Rictus* satis amplus, minor attamen, quam latitudo capitis (1.).

7. *Corpus* longum, ambitu anguloso, latissimum ad pinnas ventrales, inde sensim gracilescens: pone anum & in summo dorso *carinae* duae, hinc piscis a pinna dorsali ad caudam hexagonus, ut in *Petimbuaba Wil. Iugb. apud Raj.*

8. Inter ipsam caudae bifurcationem, ubi corpus angustissimum, vix sex lineas ambitu capiens, procedit *Flagellum* flexile, nigrum, tenacitate, flexibilitate & colore balaenae, octo unciarum & quinque linearum longitudine, quod ad dimidiam partem planum, vix lineam latum, sensim in tenuissimam setam definit.

9. *Incisurae* seu *Crenae* transversales nullae.

10. *Orbitae Oculorum* laterales, oblongae, septem lineas longitudine comprehendentes.

11. *Nares* paulo ante oculos duobus foraminibus utrinque praeditae.

12. *Dentes* in maxillarum (5.) marginibus confertim.

13. *Opercula Branchiarum* sex lineas longa, & octo lineas lata, ex unica tenuissima lamella ossea constructa, inferius & posterius distinctissime aperta; hinc huic pisci nulla foramina post opercula in cervice.

14. *Membrana Branchiostega* septem officulis gracilibus suffulta.

15. *Linea Lateralis* utrinque una, in lateribus mediis a capite ad caudam extensa, ex punctis elevatis constructa.

16. *Cutis* nullis squamis contecta, sed omnino alepidota.

17. *Anus* ante pinnam ani.

18. *Pinnae* in toto corpore septem: scilicet duae Pectorales, totidemque Ventrales, una Dorsi, Ani, & Cauda; omnes simplices, molles & indivisae.

19. *Pinnae Pectorales* post opercula branchiarum (13.) perpendiculariter fere sitae, utrinque una, oblonga, officulis quindecim suffulta, quorum maximum dorso proximum unciae longitudinem aequat; ultimum, quod minimum, tandum dimidiam.

20. *Pinnae Ventrales* in medio corpore ad latera sitae, officulorum septem, maximo linearum sex, minimo tantum quinque.

21. *Pinna Dorsalis* a capite (1.) remotissima radiorum octo, maximo unciali, minimo linearum sex.

22. *Pinna Ani* dorsali (21.) exacte opposita, ejusdemque longitudinis, osiculorum duodecim.

23. *Cauda* bifurcata radiorum duodecim, quorum maximus exterior uncia major.

24. Longitudo tota a rostro
ad finem caudae bifurcatae 2 — : — :
ad oculi orbitam — : — 6 — :
ad opercula — — : — 6 — 5
ad eorum extremitatem : — 7 — 7
ad pinnas pectorales — : — 8 — 1
ad pinnas ventrales — : — 11 — 4
ad dorsalem & ani — 1 — 6 — 5
25. Latitudo capitis post oculos — : — 2 — 5
rostri ante oculos — : — 2 — 1
ad maxillas —— : — 1 — 3
ad apicem rostri — : — 1 — 2
maxima ad pinnas ventris - : — 2 — 7
minima ad caudam — : — : — 6

26. Inhabitat Mare Atlanticum prope Guineam.

D. D. DANIELIS LUYX MASSIS.

Ad Solenoſtomi genus forſan referri debent ſpecimina ſequentia, uti ex Iconibus ſuspicor.

Petimbuaba *Braſil.* The tobacco-Pipe-fish. *Willugb. icht. p.* 233. *t. P.* 8. *f.* 1.

Acus roſtro craſſo, oſſeo, anguloſo. *Willugb. icht. append. p.* 22.

Peniop Pandjang, lange Trompetter. *Valent. piſc. amb. f.* 323. *p.* 448. *n.* 323.

Ikan Djoelong Djoelong. *Valent. piſc. amb. f.* 494. *p.* 502. *n.* 494.

Acus Chinenſis maxima, corpore compreſſo. *Petiv. gazoph. t.* 68. *f.* 1.

Arted. Gen. 20. Linn. Gen. 147.

ANABLEPS.

Corpus oblongum, antice plagioplateum, verſus caudam cathetoplateum.

Caput depreſſum, plagioplateum: *Oculi* admodum elevati, ultra caput protuberantes. *Os* latum, anguſtum. *Dentes* in utrisque maxillis.

Membrana Branchioſtega officulis ſex utrinque inſtructa.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica, exigua prope ad caudam.

32. ANABLEBS. *Arted. Gen.* 20. *n.* 1. Iconem vide Tab. I. Fig. 1. 2. 3.

1. *Corpus* oblongum, antice a roſtro ad pinnas usque ventrales plagioplateum, poſtice a pinnis ventralibus ad caudam cathetoplateum, ſquamoſum, fuscum, in lateribus quinque lineis longitudinalibus bruneis pictum.

2. *Caput* plagioplateum, admodum depreſſum, latum, planum, laeve, ſquamoſum.

3. *Oculi* admodum elevati, protuberantes, magni rotundi, orbitis oſſeis e capite exſurgentibus a parte interiore inſtructi, in ſummis capitis lateribus ſiti, valde ab invicem diſtantes, ori quam operculis propiores.

4. *Os* latitudinem capitis aequans, obtuſum, latum, & anguſtum.

5. *Dentes* multiplici ſerie in utriſque maxillis, nullis labiis tecti, contigui, minimi, acutiſſimi.

6. *Opercula* branchiarum laevia, apertiſſima, ſquamoſa.

7. *Membrana Branchioſtega* officulis utrinque ſex.

8. *Dorſum* convexo planum, ad caput latiſſimum, ſenſim contrahitur ad caudam uſque, ubi admodum tenue.

9. *Pectus* & *Venter* convexo-plana, a capite ad anum latiſſima; inde ſenſim contrahitur venter ad caudam uſque, ubi admodum anguſtum.

10. *Latera* convexo-plana, ad pinnas pectorales anguſtiſſima, ad caudam latiſſima.

11. *Squamae* laeves, admodum deciduae, imbricatim ſitae, non tantum corpus, ſed & caput, pinnarum radices, & opercula tegentes.

12. *Pinnae* in toto piſce ſeptem; nimirum unica in Dorſo, duae ad Pectus, totidem ad Ventrem, unica ad Anum, & Cauda.

13. *Pinna Dorſi* unica in extremo dorſo mox ante caudam, parva, ſuffulta officulis ſeptem inermibus, ultra medium ramoſis, excepto primo ſimplici etiam inermi.

14. *Pectorales* duae, unica utrinque, ſatis magnae, in imis lateribus mox poſt opercula ſitae, officulis inſtructae viginti duobus inermibus ramoſis, excepto primo ſimplici.

15. *Ventrales* in medii fere corporis lateribus infimis ſitae, longe a ſe remotae, parvae, officulis ſeptem inermibus ramoſis inſtructae, excepto primo ſimplici.

16. *Pinna Ani* parum ab ano remota, parva, officulis novem inermibus radiatis, excepto primo ſimplici, ſuffulta.

17. *Cauda* ſubrotunda.

18. *Anus* medio inter pinnas ventrales, & pinnam ani; caudae parum propior quam ori.

Comparavi ex Muſeo Sebae.

Arted. Gen. 10. Linn. Gen. 138.

ECHENEIS.

Corpus oblongum, cathetoplateum, teres.

Caput plagioplateum, Scuto ſtriis aſperis tranſverſis notato, tectum.

Membrana Branchioſtoga officulorum novem utrinque.

Pinnae ſeptem. *Pinna Dorſalis* & *Ani* eâdem a roſtro diſtantia.

33. ECHENEIS ſtriis capitis ſeptemdecim.

Echeneis. *Ovid. Halieut. vſ.* 99. *Balk. Mus. Princ. n.* 54. *Plin. hiſt. nat. l.* 9. *c.* 25.

Remora Luzon: corpore tereti. *Petiv. gazoph. t.* 44. *f.* 12.

Imperati Remora. *Willugb. icht. append. t.* 9. *f.* 2. 5.

Echenei ſ. Remora, peſce con la parte ſoprana della teſta ſi attacca a vaſceli, e animali cetacei, & lor ferma di corſe. *Ferrant. Imper. p.* 684.

Remore

Remore. *du Tertre. hiſt. des antill. tom. 2. p. 222. §. 19.*

Echeneis coeruleſcens, ore retuſo, a medietate corporis tam ſuperius quam inferius pinna decreſcente uſque ad caudam furcatam. *Klein. miſſ. 4. p. 51. n. 1.*

Remora. *Bellon. aquat. p. 440. Olear. mus. p. 42. t. 25. f. 2. Vinc. elench. pinacoth. p. 28.*

Remore, Remora piſcis. *Edwards. t. 210. fig. inf.*

Koeto Laoet, Zee-Luys. *Valent. piſc. amb. f. 32. p. 357. n. 32.*

Zuygfiſch. *Damp. voyag. p. 47.*

Schiff-kemmer, Kemm-fish. *Valent. mus. muſeor. Germ. p. 490.*

Corpus ambitu fere ſubrotundo.

Caput ſuperne planum, Scuto tectum, quod transverſis ſeptem-vel octodecim elevatis ſtriis inſtructum; Hae Striae ſecundum longitudinem ſcuti in duas partes dividuntur per lineam elevatam. Striae a parte caudam ſpectante inſtructae ſunt aculeis mobilibus, contiguis, ordinatis, quorum ope navibus lamiisque adhaeret.

Maxilla inferior ante ſuperiorem prominet.

Dentium plures ordines in maxillis, lingua, & palato.

Squamae adeo exiles, ut conſpectum fere fugiant.

Pinnae in toto corpore ſeptem.

Pinna Dorſi unica, oſſiculorum viginti duorum ſimplicium, numeratu difficillimorum ob membranam validam ea tegentem.

Pinnae Pectorales breves, in lateribus ſitae, oſſiculorum viginti quinque mollium, ramoſorum.

Pinnae Ventrales duae, ſub pectoralibus ſitae, oſſiculorum ſex mollium, & ramoſorum.

Pinna Ani exacte oppoſita pinnae dorſali, oſſiculorum viginti duorum ſimplicium.

Cauda in extremo biſurca, oſſiculorum ſeptemdecim longiorum.

Longitudo ſeptem unciarum. *Latitudo* in medio corpore unius unciae & duarum linearum.

34 Echeneis ſtriis capitis viginti duobus.

Echeneis. *Arted. Gen. 11. n. 1. Synon. p. 28. n. 1.*

Remora. *Catesb. hiſt. nat. tom. 2. t. 26. p. 26. Sloan. Jam. vol. 1. p. 28.*

Iperuquiba & Piraquiba. *Marcgr. hiſt. bras. l. 4. c. 18. p. 180.*

Corpus, ut in priore.

Pinnae, quo ad ſitum eaedem, ac in priore.

Pinnae Pectorales oſſiculorum viginti unius. *Ventrales* ſex. *Dorſalis* in medio dorſo incipiens, ad caudam usque extenditur, oſſiculorum triginta ſex inermium, & ſimplicium.

Pinna Ani dorſali oppoſita, oſſiculorum triginta quinque ſimplicium, & inermium. *Cauda* ſubrotunda.

Locus mare Atlanticum.

Arted. Gen. 13. Linn. Gen. 145.

AMMODYTES.

Corpus oblongum, anguſtum, cathetoplateum, teres.

Caput plagioplateum; *Ore* edentulo.

Membrana Branchioſtega oſſiculorum ſeptem, magna ex parte ab Operculis Branchiarum tectorum.

Pinnae quinque, absque Ventralibus.

35. Ammodytes. *Arted. Gen. 13. n. 1. Synon. p. 29. n. 1. Gronov. act. ups. 1741. n. 41. Linn. faun. ſuec. §. 303. Dale hiſt. of Harw. p. 426. n. 4.*

Enchelyopus in dorſo ex flavo coeruleſcens. *Klein. miſſ. 4. p. 55. n. 6.*

Sandils Anglorum. *Merret. pin. 187.*

Ammodytes, Tobianus, Anguille de arena, & Sandils Ichthyologorum. *Linn. it. oeland. p. 87.*

Color in dorſo & lateribus omnino eſt cyaneus, in ventre, & tota parte inferiore a maxillis ad caudam varius; alternatim ibi ſex conſpiciuntur lineae, quarum altera omnino cyanea, altera argentea cum laevi coeruleo mixta; ad finem corporis, prope ad caudam, eſt macula rubra parva; caeterum piſcis elegantisſime ſplendet, qui ſplendor in moriente perit.

Quando in arenam ſe condere tentatur, ſe in gyrum contrahit, & ſic in medio gyri cum apice roſtri ingreſſum in arenam ſibi parat.

In Hollandiae & omnibus Maris Septentrionalis oris, nec non in Mari Atlantico invenitur: Frequentisſimus autem in littoribus Zelandiae, Domburgam verſus, ubi ruſtici eum e littore arando effodiunt, vocantque *Smelt*.

Arted. Gen. 14. Linn. Gen. 131.

PLEURONECTES.

Corpus cathetoplateum, valde compreſſum, uno latere albo, altero variegato, ſeu obſcuro inſtructum.

Caput cathetoplateum, parvum, duos *Oculos* in uno latere obſcuro nunc dextro, nunc ſiniſtro gerens.

Membrana Branchioſtega oſſicula ſex utrinque continet.

Pinnae quinque vel ſeptem. *Pectorales* nonnunquam deficiunt.

§. 1.

Oculis in dextra capitis parte.

36. PLEURONECTES oculis & tuberculis ſex a dextra capitis, lateribus glabris, ſpina ad anum. *Arted. Gen.* 14. *n.* 1. *Synon. p.* 30. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 36.

Pleuronectes utrinque glaber, tuberculis ſex a dextra capitis. *Arted. Spec. p.* 57. *n.* 1. *Linn. faun. ſuec.* §. 301. *It. Weſtrog. p.* 179.

Paſſer vulgaris maculatus laevis, the common Plaiſe. *Raj. Epiſt. ad Liſt. p.* 107.

Paſſer. *Dale hiſt. of Harw. p.* 423. *n.* 3.

Belgis *Scholle.*

Pinna Dorſi ab oculis ad caudam fere extenſa, oſſiculorum ſeptuaginta duorum. *Pectorales* poſt opercula in medio latere, officulis duodecim. *Ventrales* ſex. *Ani Pinna* ab ano ad caudam extenſa, quinquaginta & uno officulis. *Cauda* ſubrotunda, officulorum viginti.

Latus Dextrum bruneum, maculis magnis, rotundis, aurantiis depictum: *Siniſtrum Latus* omnino album.

Linea Lateralis in dextro latere ad pinnas pectorales primo arcuatur, dein recta corpus percurrit; in ſiniſtro vero ab oculis absque arcu recta caudam petit.

Tubercula ſex in latere dextro capitis, quae in ſiniſtro deſunt.

Inhabitat Mare Septentrionale.

37. PLEURONECTES oblongus, maxilla ſuperiore longiore, ſquamis utrinque aſperis. *Arted. Gen.* 14. *n.* 6. *Spec. p.* 60. *n.* 5. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 40. *Linn. faun. ſuec.* §. 299.

Pleuronectes oculis a dextra, corpore oblongo, maxilla ſuperiore longiore, ſquamis utrinque asperis. *Arted. Synon. p.* 32. *n.* 8.

Solea. *Dale hiſt. of Harw. p.* 424. *n.* 7.

Solea ſquamis minutis. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 31. *n.* 1.

Belgis *Tonge.*

Vivit cum praecedente.

38. PLEURONECTES oblongus, maxilla ſuperiore longiore, ſquamis utrinque aſperis, pinnis pectoralibus carens.

Quoad Formam externam, Coloremque optime convenit cum mox praecedente, verum ab eo differt Pinnis Pectoralibus, quibus haecce ſpecies caret, & Annulis minutis albis, quibus denſe picta & ornata eſt.

Vivit in Amboina.

Comparavi ex Muſeo Sebae.

39. PLEURONECTES oculis a dextris, totus glaber. *Arted. Gen.* 14. *n.* 3. *Synon. p.* 31. *n.* 3. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 37. *Linn. faun. ſuec.* §. 302.

Paſſer quatuor cubitos longus. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 33. *n.* 2.

Hippogloſſus Rondeletii. *Blas. anat. p.* 278. *t.* 50. *f.* 13.

Cynogloſſus Scharretong *Junio Nomencl.*

1. *Dextrum Corporis Latus* rubro. fuſceſcens, *Siniſtrum* omnino album.

2. *Oculi* a dextra corporis parte, ſibi admodum vicini. *Pupilla* coerulea. *Iris* alba.

3. *Squamae* oblongo-rotundae, molles & laeves, in pinnis dorſi ac ani nullae, ut in Bugloſſo.

4. *Linea Lateralis* lata, glabra, in medio latere recta percurrit ad pinnam usque pectoralem, ubi parum elevatur.

5. *Maxillae* ore clauſo aequales.

6. *Membrana Branchioſtega* oſſicula ſex, teretia & arcuata utrinque continet.

7. *Pinna in Dorſo* unica, ab oculi initio ad caudam fere extenſa, oſſiculorum centum & duodecim ſimplicium; primo & ultimo minimis vix trium linearum; mediis vero unciam longis.

8. *Pinna Pectoralis* in latere dextro, infra lineam lateralem, ventri quam dorſo propior, officulorum undecim, ultra medium diviſorum (quod tamen non niſi armato oculo conſpicitur), & ad caudam inclinantium. Horum primum ſive ſuperius os eſt minimum, vix duarum linearum; ſecundum longiſſimum unciae & duarum linearum; ultimum ſeptem linearum longitudine.

9. *Pinna Ventralis* in latere dextro ante pinnam ani

ani sita, osiculorum sex simplicium, primo longissimo, linearum septem.

10. *Pinnae* autem *Pectorales* & *Ventrales* in latere sinistro eundem quidem situm & numerum osiculorum obtinent, sed magnitudine differunt, utpote osiculum longissimum in *Pectorali* vix unciam tenet, & longissimum in *Ventrali* vix lineas quinque.

11. *Pinna Ani* ab ano ad caudam fere extensa, osiculorum centum & duorum simplicium, ejusdem cum osiculis pinnae dorsalis longitudinis, & caudam versus inclinantium.

12. *Cauda* oblonga, in extremo subrotunda, osiculorum viginti quatuor, quorum tria lateralia utrinque suprema minima & integra, reliqua ultra medium ramosa, quorum maximum duarum unciarum & trium linearum longitudine.

13. *Anus* inter binas Pinnas Ventrales, proxime ad Opercula Branchiarum.

14. *Vertebrae* 65. *Costae* utrinque 11.

15. Longitudo a rostro
ad extremam caudam — 1 — 2 — :
ad caudae initium — 1 — : — :
ad pinnas pectorales — : — 2 — :

16. Latitudo maxima — — — — : — 5 — 5 sive longitudo ad latitudinem quadrupla.

17. Habitat in Mari Septentrionali.

40. PLEURONECTES oculis a dextris, linea laterali aspera, spinulis superne ad radices pinnarum, dentibus obtusis. *Arted. Gen.* 14. *n.* 4. *Synon. p.* 31. *n.* 2. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 38. *Linn. faun. suec. §.* 300.

Passer cute densis tuberculis, sive pustulis scabra, in dextro latere, & in pinnis maculis flavescentibus notatus. *Klein. miss.* 4. *p.* 33. *n.* 1. *t.* 7. *f.* 1.

Passer fluviatilis, vulgo Flesus. *Dale hist. of Harw. p.* 423. *n.* 5.

Linea Lateralis ad pinnas pectorales parum curvatur, post eas recta corpus percurrit, desinitque prope caudam, in ea regione, ubi Pinnae Dorsi & Ani fines capiunt: Haec Linea utrinque Squamis minimis asperis obsita est.

Pinna Dorsi ab oculis ad uncialem fere longitudinem a cauda procedit, osiculorum sexaginta duorum; *Pectorales* duodecim; *Ventrales* sex; *Ani* quadraginta trium; *Cauda* aequalis quatuordecim.

Color in dextro latere rubro-bruneus, in sinistro albidus.

Inhabitat nostra Flumina, vocaturque *Bot.*

41. PLEURONECTES oculis a dextra, ano ad latus sinistrum, dentibus acutis. *Arted. Gen.* 14. *n.* 5. *Synon. p.* 31. *n.* 4. *Gronov. act. upsal.* 1741. *n.* 39.

Solea ore peramplo, squammata, & dentata. *Klein. miss.* 4. *p.* 32. *n.* 4.

Belgis *Schaare.*

Pinna Dorsi osiculorum sexaginta octo; *Pectorales* decem; *Ventrales* sex; *Ani* quinquaginta quinque; *Cauda* subrotunda novemdecim.

Color rubro-bruneus in latere dextro, in sinistro albus.

Frequentissimus piscis in Littoribus Catvicensibus.

42. PLEURONECTES oculis a dextra, corpore glabro, pinnis pectoralibus nullis.

Corpus ovatum, laeve, microlepidotum, a dextro latere bruneum, nigris lineis transversis raris tenuibus lineatum; sinistro latere albido.

Caput in latere sinistro ad maxillam superiorem, & inferiora opercula admodum cirrosum: at dextrum latus cirris est destitutum.

Linea Lateralis ab operculis ad finem usque pinnae caudalis producta, & in mediis lateribus sita, utrinque recta, laevis.

Pinna Dorsi a maxilla superiore ad caudam usque per totum dorsum decurrit, osicula habens sexaginta, ad apices leviter dichotoma.

Pectorales nullae.

Ventrales in infimo ventre sibi approximatae mox ante pinnam ani, osiculorum quatuor.

Pinna Ani a ventralibus ad caudam usque extenditur, osiculis suffulta quadraginta octo laevibus, flexibilibus, parum divisis.

Cauda subrotunda, lata, osiculorum sexdecim ramosorum.

Pinnae in latere dextro bruneae, & maculis nigricantibus conspersae; in sinistro vero sunt albidae.

Longitudo tota sex unciarum. *Latitudo* trium unciarum & sex linearum.

Locus Zurinamae Fluvius.

§. 2.

Oculis in sinistra capitis parte.

43. PLEURONECTES oculis a sinistra, corpore glabro. *Arted. Gen.* 14. *n.* 8. *Synon. p.* 31. *n.* 5.

Rhombus non aculeatus squamosus. *Dale hist. of Harw. p.* 423. *n.* 2.

Corpus fere circulare, in latere sinistro e nigro & cinereo-varium; in latere vero dextro album.

Oculi duo in latere sinistro.

Linea Lateralis ad pinnas pectorales arcuata, inde recta percurrit latera ad caudam.

Rictus amplus.

Pinna Dorſi a roſtro ad caudam extenſa, officulorum ſeptuaginta octo; *Pectorales* decem; *Ventrales* in margine abdominis ſitae, oblongo-quadratae, ſuffultae officulis ſex; *Pinna Ani* osſiculorum quinquaginta ſex; *Cauda* ſubrotunda osſiculorum ſexdecim.

Frequens in Mari Septentrionali.

Arted. Gen. 17. Linn. Gen. 144.

ANARRHICHAS.

Corpus cathetoplateum, longum, alepidotum, teres, lubricum.
Caput plagioplateum, declive: *Dentes* in utrisque maxillis & faucibus.
Membrana Branchioſtega osſicula ſex utrinque continet.
Pinnae quinque; *Ventrales* deficiunt.

44. ANARRHICHAS. *Arted. Gen.* 17. *n.* 1. *Synon. p.* 38. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 27.

Lupus marinus. *Jacob. Muſ. Reg.* §. 31. *t.* 2. *n.* 31. *de piſc.*

Lupus marinus noſtras. *Dale hiſt. of Harw. p.* 426. *n.* 5.

Latargus. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 16.

Belgis *Zeewolf.*

Longitudinem trium vel quatuor pedum apud Nos aequat; verum prope Hitlandiam ſeptem vel plures pedes longus invenitur.

Corpus oblongum, teres.

Caput plagioplateum, ad *Oculos* declive, qui ovales, magni.

Dentes in maxillis utrisque, duplici ſerie diſpoſiti, quorum Anteriores numero ſunt quatuor, magni, trium fere linearum longitudinem aequantes, caninis Quadrupedum ſimiles, albi; Interiores ſunt minores: In Maxilla praeterea Inferiore utrinque datur *Oſſiculum* oblongum, duriſſimum, ſuperne globulis elatis glabris inſtructum; His osſiculis *Similia* reſpondent in Maxilla Superiore; dantur & *Talia* ad Fauces.

Labia dentes tegentia ſunt craſſa.

Cutis dura, craſſa, alepidota, fuſca, transverſim nigro-ſtriata.

Pinna Dorſi a capite ad caudam extenſa, officulorum ſeptuaginta trium; *Pectorales* magnae ſubrotundae, viginti officulorum ramoſorum; *Ventrales* nullae; *Pinna Ani* ab ano ad caudam extenſa, radiisque quadraginta quinque ſimplicibus & inermibus inſtructa. *Cauda* parva, aequalis, osſiculorum ramoſorum octodecim.

Arted. Gen. 18. Linn. Gen. 146.

MURAENA.

Corpus oblongum, teres.
Caput parvum, acutum; *Nares* tubuloſae in anteriore roſtri apice.
Membrana Branchioſtega officulorum decem, gracilium, curvatorum.
Pinnae quatuor, tres, vel unica.

45. MURAENA unicolor, maxilla inferiore longiore. *Arted. Gen.* 18. *n.* 1. *Synon. p.* 39. *n.* 1. *Spec. p.* 66. *n.* 1. *Linn. faun. ſuec.* §. 290. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 24.

Belgis *Paling*, *Aal.*

Conger dorſo fuſco, ventre diverſicolore, tubulis breviſſimis in extremitate mandibulae ſuperioris. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 27.

Anguilla. *Marſil. Danub. tom.* 4. *p.* 4. *t.* 1. *Blaſ. anat. p.* 261. *Dale hiſt. of Harw. p.* 424. *n.* 2. *Bellon. aquat. p.* 295. *Merret. pin.* 188.

Aal. *Meyers. vorſtell. t.* 42.

Inhabitat noſtros paludes, foſſasque, quandoque & in mari reperitur Septentrionali.

46. MURAENA pinnis pectoralibus carens. *Arted. Gen.* 18. *n.* 6. *Synon. p.* 41. *n.* 6. *Balk. Mus. Princ. n.* 53.

Muraena omnium Auctorum. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 28. *n.* 1.

Muraena maculata nigra & viridis. *Catesb. hiſt. nat. tom.* 2. *t.* 20., 21.

Muraena, ſive Conger Braſilienſibus. *Seb. theſ. tom.* 2. *p.* 72. *t.* 69. *f.* 4, 5.

Muraena. *Blaſ. anat. p.* 282.

Murene. *du Tertre. hiſt. des antill. tom.* 2. *p.* 220.

Vivit in Surinama, Braſilia, & India.

GYMNO-

GYMNOGASTER.

Corpus oblongum, teres, cathetoplateum.

Caput oblongum, acutum, cathetoplateum. *Nares* mox ante oculos in lateribus. *Dentes* in utrisque maxillis.

Membrana Branchioſtega oſſicula ſeptem utrinque continet.

Pinnae tres; nimirum duae *Pectorales* & una *Dorſalis*.

47. GYMNOGASTER.

Anguilla Jamaicenſis. *Sloan. Jam. vol.* 2. *p.* 278.

Conger oculis nigris, iride alba, pinnis ad extremam caudam decurrentibus, dorſali & ventrali; dorſo ex fuſco-luteo, ventre albicante. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 27. *n.* 5.

Enchelyopus. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 52. *n.* 3.

Ubirre. *de Laet. annot. ad Marcg.* Mucu *hiſt. braſil. l.* 4. *c.* 11. *p.* 161. *de Laet. deſcr. amer. l.* 15. *t.* 12.

Mucu Braſilienſibus. *Willugb. icht. t. G.* 7. *f.* 2. quo ad figuram, non deſcriptionem.

1. *Piſcis* oblongus, cathetoplateus, anguſtus, teres, tenuis, alepidotus, tripterygius.

2. *Caput* oblongum, anguſtum, compreſſum, cathetoplateum, a dorſo ad maxillas declive; inter oculos ſuperne planum.

3. *Os* in apice capitis, cujus *rictus* admodum magnus.

4. *Maxillae* oblongae, denticulis armatae, quarum inferior ante ſuperiorem longe prominet.

5. *Dentes* magni, inaequales, rari, firmi, incurvi, in marginibus utriuſque maxillae; In apice maxillae ſuperioris Quatuor prae reliquis majores conſpiciuntur.

6. *Palatum* & *Lingua* glabra; *Lingua* acuta, libera, carnoſa.

7. *Nares* e regione angulorum maxillarum oculis proximae, in ſupremis lateribus ſitae, unico utrinque foramine inſtructae.

8. *Oculi* magni, in ſummis lateribus ſiti, roſtri apici quam operculorum fini propiores, tunica propria inſtructi.

9. *Opercula Branchiarum* apertisſima, acuta, inermia, laevia, ſplendentia.

10. *Membrana Branchioſtega* oſſiculorum ſeptem utrinque, quorum duo ſuperiora operculis adhaerent.

11. *Dorſum* a ſummo capite ad finem caudae rectum, admodum contractum & anguſtum.

12. *Latera* plana, laevia, a capite ad anum uſque eandem latitudinem ſervantia, inde ſenſim anguſtiora ad finem uſque caudae.

13. *Pectus* & *Venter* anguſtisſima, ad anum uſque rotundata, laevia; poſt anum vero contrahitur Venter in carinam ſubacutam, aculeis hic illic (apicibus caudam verſus flexis) munitam.

14. *Anus* capiti propior quam caudae, foramine vix viſibili inſtructus.

15. *Linea Lateralis* ſatis conſpicua ad initium operculorum orta, curvo ductu ſtatim declinat verſus ventrem, cui admodum proxima & parallela manet, dum per latera permeat ad caudae apicem uſque.

16. *Pinnae* in toto piſce tres inermes; nimirum unica in Dorſo, & duae ad Pectus.

17. *Pinnae Pectorales* duae, unica utrinque, in lateribus mox poſt opercula branchiarum ſitae, parvae, oblique ſurſum verſus tendentes, oſſiculis inſtructae undecim dichotomis, inermibus, excepto primo ſimplici, etiam inermi.

18. *Pinna Dorſi* mox poſt caput orta, longe protenditur, non vero ad caudam; ſuffulta eſt oſſiculis centum triginta & octo, ſimplicibus, inermibus, membrana ſatis craſſa flaveſcente connexis.

19. *Pinnae Ventrales*, *Ani*, & *Caudae* nullae.

20. *Corpus* in tenuiſimum filum abit.

21. *Color* totius corporis argenteus, ſplendens, qui tantum in Epidermide latet, quae ſi caſu fortuito abraditur, fuſcus color prodit.

22. Vivit in Braſilia.

Ex Muſeo Sebae comparavi.

23. Longitudo tota	—	——	2 —	3 — :
ab apice maxillae inferioris ad apicem maxillae ſuperioris	—	——	: —	: — 2
a maxillae inferioris apice ad angulos oris	——	: —	1 —	3
ad nares	— — —	: —	1 —	2
ad oculos	— —	: —	1 —	4
ad eorum fines	— —	: —	1 —	9
ad opercula	— —	: —	2 —	1
ad eorum fines	— —	: —	3 —	5
ad pinnas pectorales	—	: —	3 —	1
ad earum fines	——	: —	4 —	4
ad pinnam dorſi	——	: —	2 —	4
ad ejus finem	— —	1 —	10 —	2
ad anum	— —	: —	9 —	1
24. Altitudo perpendicularis capitis ad apicem roſtri	—	: —	: —	4
ad oculorum medium	—	: —	1 —	1
corporis ad opercula abſque pinna dorſi		: —	1 —	6
corporis ad opercula una cum pinna dorſi	—	——	: —	2 — 2
ad anum abſque pinna dorſi	— — — —	: —	1 —	6
—— cum pinna dorſi		: —	2 —	2
ad finem pinnae dorſi	—	: —	: —	2
ad finem caudae	— —	: —	: —	$\frac{1}{2}$

25. Latitudo horizontalis maxima
ad apicem roſtri — — : — : — 2
ad oculos — — : — : — 5
ad pinnas pectoris — : — : — 6
ad anum — — : — : — 4
ad finem pinnae dorſi — : — : — $\frac{1}{2}$
ad finem caudae — : — : — $\frac{1}{4}$

Arted. Gen. 7. Linn. Gen. 136.

COREGONUS.

Corpus oblongum, cathetoplateum.
Caput catheoplateum. *Dentes* adeo exiles in maxillis, ut quandoque vix in conſpectum veniant.
Membrana Branchioſtega oſſiculorum ſeptem, octo, novem, vel decem.
Pinnae octo. *Dorſalis Prior* roſtro proprior quam ventrales. *Poſterior* adipoſa.

48. COREGONUS maxilla ſuperiore longiore, conica. *Arted. Gen. 7. n. 4. Synon. p. 21. n. 4.*

Inhabitat Mare Septentrionale.

Pinna Dorſi Prior oſſiculorum quatuordecim ramoſorum, exceptis quatuor prioribus ſimplicibus; *Pectorales* oſſiculorum tredecim; *Ventrales* decem; *Ani* quindecim; *Cauda* bifurca. *Pinna Dorſi Poſterior* adipoſa.

Linea Lateralis recta, per media latera decurrit.

Belgis *Houting*.

Arted. Gen. 8. Linn. Gen. 135.

OSMERUS.

Corpus cathetoplateum, oblongum.
Caput cathetoplateum. *Dentes* magni in maxillis, lingua & palato.
Membrana Branchioſtega oſſiculorum ſeptem vel octo utrinque.
Pinnae octo. *Dorſalis Prior* & *Ventrales* eâdem diſtantiâ a roſtro. *Poſterior* adipoſa.

49. OSMERUS radiis pinnae ani ſeptemdecim. *Arted. Gen. 8. n. 2. Synon. p. 21. n. 1. Linn. faun. ſuec. §. 311.*

Osmerus. *Arted. Spec. p. 45.*
Eperlanus. *Dale hiſt. of Harw. p. 429. n. 2. Merret. pin. 188.*
Eperlanus marinus. *Bellon. aquat. 290.*
Belgis *Spiering*.
In noſtris fluminibus frequens.

Arted. Gen. 9. Linn. Gen. 134.

SALMO.

Corpus cathetoplateum, oblongum, maculis plerumque varium.
Caput cathetoplateum, ſubacutum. *Dentes* magni in maxillis, palato & faucibus.
Membrana Branchioſtega oſſiculorum decem, undecim, vel duodecim.
Pinnae octo. *Dorſalis Prior* roſtro propior quam ventrales. *Poſterior* in extermo dorſo adipoſa.

50. SALMO maxilla inferiore paulo longiore, maculis rubris. *Arted. Gen. 9. n. 5. Synon. p. 23. n. 3. Spec. p. 51. n. 4. Linn. faun. ſuec. §. 309.*

Habitat in fluminibus Helvetiae.

51. SALMO cauda bifurca, maculis ſolum nigris, ſulco longitudinali in ventre. *Arted. Gen. 9. n. 4. Synon. p. 25. n. 9.*

Habitat cum antecedente in Helvetia.

52. SALMO

52. SALMO vix pedalis, pinnis ventris rubris, maxilla inferiore paulo longiore. *Arted. Gen. 9. n. 13. Synon. p. 25. n. 10.*

Patriam agnoscit Helvetiam, ubi in fluminibus admodum frequens.

CHARAX.

Corpus cathetoplateum, admodum compressum, latum, longum, macrolepidotum.

Caput cathetoplateum. *Opercula* laevia. *Dentes* in utrisque maxillis, magni. *Palatum* & *Lingua* glabra.

Membrana Branchiostega tribus vel quatuor sub Operculis latitantibus officulis utrinque instructa.

Pinnae octo. *Dorsalis Prior* a rostro remotior, quam ventrales. *Posterior* adiposa in extremo dorso.

53. CHARAX dorso admodum prominulo, pinna ani officulorum quinquaginta quinque. Iconem vide Tab. I. Fig. 4.

1. *Corpus* cathetoplateum, latum, tenue, compressum, longum, squamis laevibus splendentibus duris tectum, rufum, argenteo mixtum; in mediis lateribus e regione pinnarum ventralium atra macula insignitum.

2. *Caput* parvum, cathetoplateum, latitudinem corporis aequans, superne a dorso ad maxillas rectum atque convexum, in inferna parte declive.

3. *Oculi* sat grandes in lateribus, utrinque unicus, rostro quam operculis propiores, *Pupilla* nigra, *Iride* aurea cincta, ornati.

4. *Maxillae* ore clauso fere aequales, aperto Inferior longior.

5. *Dentes* in utrarumque maxillarum marginibus, satis magni, acuti, stabiles & albidi.

6. *Palatum* & *Lingua* (quae mobilis est) glabra.

7. *Opercula* rotunda, laevia, splendentia, nullis aculeis instructa.

8. *Membrana Branchiostega* officula utrinque quatuor continet.

9. *Dorsum* angustum, contractum & a fine capitis ilico alte adscendens ad regionem usque ventralibus pinnis perpendiculariter oppositam, a qua sensim declinat in caudam.

10. *Pectus* & *Venter* satis plana, & ab ore in anum oblique descendentia; Venter vero ab ano in caudam subito adscendit & admodum compressus est, ac in carinam subacutam contrahitur, ex qua pinna ani exoritur. Pectus utrinque ad exortum pinnarum pectoralium *aculeo* crasso & a pinna omnino separato, munitum est, mucrone suo caudam spectante.

11. *Anus* capiti parum propior quam caudae, mox ante pinnam ani.

12. *Linea Lateralis* recta per media latera decurrit.

13. *Pinnae* in toto pisce octo; nimirum duae Dorsales, quarum Posterior Adiposa, duae Pectorales, totidemque Ventrales, una Ani & Cauda.

14. *Pinna Dorsi Prior* capiti quam caudae propior, e regione pinnae ani orta, officulis decem inermibus & ramosis, exceptis duobus prioribus simplicibus, itidem inermibus, instructa.

15. *Pinna Dorsi Posterior* caudae proxima, parva, adiposa.

16. *Pinnae Pectorales* in infimis lateribus duae, mox post branchiarum opercula utrinque unica, horizontaliter sita, officulorum undecim ramosorum, exceptis duobus prioribus simplicibus inermibus.

17. *Pinnae Ventrales* in margine inferiore ventris, sibi approximatae, officulorum octo ramosorum, excepto primo simplici.

18. *Pinna Ani* magna ab ano ad caudam extensa, officulorum ramosorum quinquaginta quinque.

19. *Cauda* bifida, officulis novemdecim ultra medium ramosis instructa, exceptis utrinque lateralibus singulis, simplicibus.

20. *Color* argenteus, splendens, in dorso obscurior: Macula atra ad finem operculorum in lateribus supra pinnas pectorales.

54. CHARAX pinna ani officulorum triginta unius, dorso leviter convexo. Iconem vide Tab. I. Fig. 5.

Pirabucu Brasilienfibus. *Marcgr. hist. bras. p.* 170.

1. *Corpus* cathetoplateum, latum, compressum, longum, macrolepidotum.

2. *Caput* cathetoplateum, parvum, compressum, cyprini simile; superne convexum, a dorso in maxillas declive.

3. *Oculi* magni, in lateribus siti, ori paulo propiores quam operculis, tunica propria instructi. *Iris* aurantia. *Pupilla* nigra.

4. *Opercula* laevia, glabra, inermia, splendentia, argentea.

5. *Os* in capitis apice, ejusque latitudinem aequans.

6. *Dentes* in maxillis utrisque, magni, lati, unica serie dispositi, sibi contigui, acuti.

7. *Lingua & Palatum* glabra.

8. *Membrana Branchioſtega* oſſicula utrinque tria continet.

9. *Maxillae* ore clauſo aequales, aperto Inferior multo longior.

10. *Dorſum* admodum compreſſum & anguſtum, a capite parum aſſurgit ad pinnam dorſi primam usque, inde declinat verſus caudam.

11. *Pectus* & *Venter* rotunda, anguſta; Venter poſt anum in acutam aciem contrahitur.

12. *Anus* roſtro parum propior quam caudae fini.

13. *Latera* convexo-plana, latiſſima ad pinnam ani, mox ante caudam anguſtiſſima.

14. *Squamae* magnae, laeves, coeruleo-argenteae imbricatim ſitae.

15. *Linea Lateralis* curva, ventri parum propior.

16. *Pinnae* in toto corpore octo; ſcilicet duae Dorſales, totidem Pectorales, & Ventrales, una Ani & Cauda.

17. *Pinna Dorſi Prima* in medio dorſo ſita, ſatis alta, oſſiculorum undecim inermium, ramoſorum, excepto primo ſimplici.

18. *Pinna Dorſi Poſterior* perparva, adipoſa, mox ante caudam.

19. *Pinnae Pectorales* duae, unica utrinque in infimis lateribus, mox poſt opercula, inſtructa oſſiculis tredecim inermibus ramoſis, excepto primo ſimplici.

20. *Ventrales* duae, ſibi approximatae, in imo ventre ſitae, roſtro paulo propiores quam pinnae dorſali, inſtructae oſſiculis octo ramoſis, primo excepto ſimplici.

21. *Pinna Ani* magna, ab ano ad caudam fere extenſa, oſſiculorum ramoſorum triginta unius, exceptis primo & ſecundo ſimplicibus.

22. *Cauda* biſurca, oſſiculorum novemdecim ramoſorum, exceptis utrinque lateralibus ſimplicibus.

23. Longitudo tota fere quadriuncialis.

24. Cum Praecedenti Specie vivit in fluviis Surinamae, unde has binas ſpecies accepi.

Arted. Gen. 16. Linn. Gen. 130.

GADUS.

Corpus cathetoplateum, craſſum, oblongum.

Caput plerumque cathetoplateum, interdum & plagioplateum. Os nonnunquam cirroſum.

Membrana Branchioſtega oſſicula ſeptem teretia utrinque continet; non autem ſex, uti apud Linn. in ſyſt. natur. edit. 6. perperam legitur.

Pinna novem vel decem: in *Dorſo* duae vel tres.

§. 1.

Dorſo tripterygio, ore imberbi.

55. GADUS dorſo tripterygio, ore imberbi, corpore albo, maxilla ſuperiore longiore. *Arted. Gen.* 16. *n.* 1. *Synon. p.* 34. *n.* 1. *Spec. p.* 62. *n.* 1. *Linn. faun. ſuec.* §. 294.

Aſellus mollis major, ſeu Aſellus albus. *Dale hiſt. of Harw. p.* 428.

Hwitling. *Linn. It. Weſtrog. p.* 176.

Gadus dorſo tripterygio, ore acutiſſimis dentibus in maxilla utraque munito. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 35.

Aeſtivo Tempore frequens apud Nos; inhabitans Mare Septentrionale, vulgo *Molenaar*.

Color albus, in dorſo parum obſcurior.

Linea Lateralis ad pinnas pectorales parum curvata.

Pinna Dorſi Prima oſſiculorum quatuordecim; *Secunda* viginti trium; *Tertia* octodecim; *Pectorales* ſexdecim; *Ventrales* quatuor; *Ani Prima* viginti octo; *Secunda* novemdecim; *Cauda* aequalis.

Dentes acutiſſimi plurimi in utraque maxilla.

56. GADUS dorſo tripterygio, ore imberbi, dorſo vireſcente. *Linn. faun. ſuec.* §. 296. *Gronov. act. ups.* 1742. *p.* 90. ibique deſcr.

Aſellus vireſcens. *Schonev. Icht. p.* 20. *t.* 2. *Raj. Synops. piſc. p.* 53. *n.* 3.

Inhabitat Mare Septentrionale, ſed raro, apud Nos obvius.

57. GADUS dorſo tripterygio, ore imberbi, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. *Arted. Gen.* 16. *n.* 3. *Synon. p.* 35. *n.* 3. *Linn. It. Weſtrog. p.* 177.

Linea Lateralis ad pinnas pectorales curvatur, inde recta medium corpus percurrit ad caudam.

Pinna Dorſi Prima oſſiculorum tredecim; *Secunda* ſeptendecim; *Tertia* viginti trium; *Pectorales* ſeptendecim; *Ventrales* ori propiores quam pectorales, oſſiculorum ſex; *Pinna Ani Prima* viginti quatuor; *Secunda* viginti trium; *Cauda* fere aequalis.

Inhabitat Mare Septentrionale.

§. 2.

§. 2.

Dorso tripterygio, ore cirrato.

58. GADUS dorso tripterygio, ore cirrato, colore vario, maxilla superiore longiore, cauda aequali. *Arted. Gen.* 16. *n.* 4. *Synon. p.* 35. *n.* 4. *Linn. faun. suec.* §. 293.

Belgis *Kabbeljauw.*

Pinna Dorsi Prima officulorum quindecim; *Secunda* novemdecim; *Tertia* octodecim; *Pectorales* decem; *Ventrales* sex; *Pnina Ani Prima* atque *Secunda* utraque sexdecim; *Cauda* aequalis.

Pinnarum Ventralium officulum primum in cirrum elongatur.

Cirrus oblongus in apice maxillae inferioris.

Calculi quandoque calcarei in ejus lactibus inveniuntur, quales duos reperi 10 grana ponderantes.

Linea Lateralis curva.

Ova 9344000 contineri in Ovariis scribit *Le Clerq. in theatr. nat. tom.* 2. *p.* 160.

59. GADUS dorso tripterygio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla superiore longiore, cauda parum bifurca. *Arted. Gen.* 16. *n.* 5. *Synon. p.* 36. *n.* 7.

Gadus cirratus, albicans, maxilla superiore longiore, cauda parum bifurca. *Arted. Spec. n.* 5.

Gadus dorso tripterigio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla superiore longiore, cauda subbifida. *Linn faun. suec.* §. 297.

Belgis *Schelvis.*

Cirrus in apice maxillae inferioris, ob exilitatem oculorum aciem nonnunquam fugiens, causa fuit commissi erroris *in actis upsal. ad annum* 1741, ubi haec species cum specie prima Artedii confunditur, quae neutiquam *Schelvis* audit apud Belgas.

60. GADUS dorso tripterygio, ore cirrato, longitudine ad latitudinem tripla, pinna ani prima officulorum triginta. *Arted. Gen.* 16. *n.* 6. *Synon. p.* 37. *n.* 12.

Asellus mollis, latus. *Dale hist. of Harw. p.* 428. *n.* 4.

Belgis *Steenbolk.*

Pinnae omnes nigrescunt.

§. 3.

Dorso dipterygio.

61. GADUS dorso dipterygio, ore cirrato, maxillis aequalibus. *Arted. Gen.* 16. *n.* 10. *Synon. p.* 38. *n.* 13. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 34. *Linn. faun. suec.* §. 292.

Mustela aquatica. *Jacob. Mus. Reg. p.* 1. *S.* 3. §. 34.

Mustela. *Bont. ind. orient. p.* 80.

Enchelyopus cirris tribus, altero e mento, duobus inter nares & rostrum brevioribus. *Klein. miss.* 4. *p.* 57. *n.* 14.

Aaltraupe. *Meyers. vorstell. t.* 71.

Silurus cirro unico in mento. *Arted. Synon. append. p.* 111. *n.* 2. *Spec. append. p.* 107. *n.* 1.

Belgis *Puytaal.*

Frequens in nostris fluviis ac fossis.

62. GADUS dorso dipterygio, sulco magno ad pinna dorsi primam, ore cirrato. *Arted. Gen.* 16. *n.* 11. *Synon. p.* 37. *n.* 11. *Gronov. act. ups.* 1742. *p.* 93. t. 3. ibique descr.

Sorghe marina Venetiis. *Willugb. icht. t. H.* 2. *f.* 1.

Belgis *Zee Puytaal.*

Frequens in Mare Septentrionali.

URANOSCOPUS.

Corpus plagioplateum, oblongum, alepidotum.

Caput plagioplateum, corpore latius. *Os* in apice capitis. *Oculi* in summo capite, sibi proximi. *Opercula Branchiarum* clausa, in summo capite post oculos unico foramine ovali utrinque aperta. *Dentes* in maxillis & faucibus.

Membrana Branchiostega sub operculis latitans, utrinque ossicula quinque continet.

Pinnae octo. *Ventrales* sub pectoralibus sitae. In *Dorso* duae.

63. URANOSCOPUS officulo primo pinnae dorsalis primae unciali.

Dracunculus. *Rondel. pisc. l.* 10. *c.* 12. *p.* 304. *Aldrov. pisc. l.* 2. *c.* 51. *p.* 262. *Jonst. icht. l.* 1. *tit.* 3. *c.* 1. *a.* 1. *punct.* 3. *t.* 21. *f.* 4. *Jonst. thaumat. p.* 413. *Willugb. icht. p.* 136. *t. H.* 6. *Raj. synops. pisc. p.* 79.

Cottus pinna dorsi secunda alba. *Arted. Gen.* 34. *p.* 49.

p. 49. *n.* 5. *Synon. p.* 77. *n.* 4.

Dracunculus Aranei ſpecies altera. *Gesner. aquat. p.* 80. 82.

1. *Piſcis* plagioplateus, longus, alepidotus, marinus.

2. *Caput* plagioplateum, latum, corpore ipſo multo latius, ſuperne parum convexum, inferne planum, coeruleo-bruneoque mixtum, hic illic maculis adſperſum; laeve; os verſus anguſtius, declive.

3. *Os* in apice capitis, parum prominens.

4. *Rictus* anguſtus, oblongus, multo minor latitudine capitis.

5. *Maxillae* inaequales, Superior ante Inferiorem multo prominens: *Labia* magna, mobilia, anguſta, dentes tegentia.

6. *Nares* proxime ad oculos ſitae, duobus foraminibus utrinque praeditae, minimae, parum elevatae; foraminibus ab invicem linea diſtantibus.

7. *Oculi* in ſuprema capitis parte ſiti, elevati, parum convexi, in latera ſpectantes, ſuperne plani, ſibi admodum vicini, magni, ovales, roſtro paulo propiores quam operculis, toti cute capitis communi tecti; coeruleſcentes, oblique poſiti.

8. *Pupilla* parva, ovalis; acumine ejus os verſus tendente: *Iris* argentea.

9. *Opercula Branchiarum* in lateribus ac capitis infima parte membrana clauſa, foramine ovali transverſo in ſummo capite poſt oculos utrinque tantum aperta.

10. *Aculei* in capite nulli, verum ad angulum lamellae mediae operculorum eſt Aculeus aduncus tricuſpis, inferne ferratus, magnus & mobilis.

11. Officula *Membranae Branchioſtegae* ſub operculis latitantia, etiam in piſce diſſecto vix in conſpectum prodeuntia, numero ſunt quinque, tenuia, arcuata, inaequalia, ſupremo reliquis minore, operculis adnato.

12. *Branchiae* utrinque quinque, os verſus oblongis obſitae apophyſibus.

13. *Dentes* in maxillis utrisque plurimi, conferti, minimi, nec non ad fauces ſuperne eſt Officulum rotundum, albidum durum, parum convexum, in medio planum, denticulis exaſperatum, cui reſpondet inferne ſimile Os oblongum; Dentes etiam adſunt in apice linguae.

14. *Dorſum* latum, plagioplateum, rectum, a capite ad caudam declive, per cujus medium *Sulcus* ducitur, in quo Pinna Dorſalis Secunda omnino reconditur.

15. *Latera* convexa, aequabilia.

16. *Pectus* & *Venter* plana, ad anum usque albida, inde rubro-albeſcentia.

17. *Anus* in medio ventre capiti propior.

18. *Vreter* poſt foramen ani ſitus, linea longior, compreſſus, albidus.

19. *Cutis* omnino alepidota, laevis, laxa, rubro colore variegata.

20. *Linea Lateralis* utrinque unica, dorſo propior; ad aperturas operculorum incipiens curvatur ad pinnas usque pectorales, inde recta procedit per latera ad finem usque caudae; eſt parum elevata, laevis, ſatis conſpicua.

21. *Pinnae* in toto piſce octo, quae omnes oſſiculis inermibus & flexilibus ſunt inſtructae:

22. *Pinna Dorſi Prima* oſſiculorum quatuor ſimplicium & flexilium, e regione pinnarum pectoralium orta, quorum primum oſſiculum longiſſimum vix ſeptem lineas longum; ſecundum priore, tertium ſecundo parum minora; quartum vero minimum duarum linearum.

23. *Pinna Dorſi Secunda* alba coeruleo variegata, ad Primam valde approximata, & in ſulco dorſali (14.) recondita, oſſiculorum novem ſimplicium, excepto ultimo ramoſo; omnia uncialem longitudinem aequantia.

24. *Pectorales* duae, utrinque una, ſuperne maculata, poſt opercula ſita, magna, rotunda, oſſiculorum ad apicem bifidorum viginti.

25. *Pinnae Ventrales* duae, utrinque una, in lateribus ventris ſitae, pinnis pectoralibus approximatae, capiti propiores quam pectorales, magnae, oſſiculis ſuffultae quinque, ultra medium ſubdiviſis, validis.

26. *Pinna Ani* e regione oſſiculi ſecundi pinnae dorſalis ſecundae, magna, poſt anum ſita, oſſiculorum novem ſimplicium.

27. *Cauda* ſubrotunda, magna, oſſiculis decem craſſis atque ramoſis inſtructa.

28. *Victus*: In Ventriculo, qui cum Inteſtinis jam putridus erat, reperiebantur plurimae parvae Cochleae a *Petiv in Gazoph. t.* 93. *f.* 7. ſub nomine *Cochleae marinae orbibus catenatis* deſcriptae.

29. *Vertebrae* a capite ad anum 9, & ab ano ad caudam 12. *Coſtae* utrinque 6.

30. Longitudo ab apice maxillae ſuperioris

ad finem caudae	—	: —	6 —	8
ad maxillam inferiorem	—	: —	: —	1
ad oculos	——	——	: —	: — 6
ad eorum fines	—	—	: —	1 — 1
ad nares	——	——	: —	: — 5
ad aperturas operculorum			: —	1 — 4
ad opercula	—	—	: —	1 — 8
ad pinnas pectoris	—		: —	1 — 9
ad earum fines	—	—	: —	2 — 8
ad pinnas ventris	—		: —	1 — 5
ad earum fines	—	—	: —	2 — 6
ad pinnam dorſi primam			: —	1 — 8
ad ejus finem	—	—	: —	2 — 4
ad pinnam dorſi ſecundam			: —	2 — 5
ad ejus finem	—	—	: —	4 — :
ad caudam	——	——	: —	5 — 2

31. Latitudo tranſverſalis ad os —— : — : — 5

ad oculorum medium	—	: —	1 —	:
ad opercula	-	: —	1 —	4
ad pinnam dorſi primam		: —	1 —	2

32. Alti-

32. Altitudo maxima capitis
ad medium oculorum — : — : — 6
maxima corporis
ad caudae initium — — : — : — 2
maxima caudae expanſae : — 1 — :

64. URANOSCOPUS osſiculo primo pinnae dorſalis primae longitudine corporis.

Cottus oſſiculo pinnae dorſalis primo longitudine corporis. *Gronov. act. upſ.* 1740. *p.* 121. *t.* 8.

Lyra Harvicenſis pinna dorſali longiſſima, maculis coeruleſcentibus. *Petiv. gazoph. t.* 22. *f.* 2. *Dale hiſt. of. Harw. p.* 431. *n.* 3.

Trachinus maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi priori altiſſima. *Linn. faun. ſuec.* §. 283.

Cuculus laevis, coeruleo-flaveſcens, cui in ſupremo capite branchiarum opercula. The Yellow Gurnard. *Tyſon. act. phil. angl. n.* 293. *p.* 1749. *f.* 1.

Partes omnes *Exteriores* corporis praecedenti ſimillimae, verum in Pinnarum Figura, Oſſiumque Numero differt a priore; Videlicet

Pinna Dorſi Prior oſſiculorum quatuor, quorum primum longiſimum longitudine totum corpus aequans.

Pinna Secunda Dorſalis eſt oſſiculorum decem.

Pectorales albidae, oſſiculorum novemdecim ad apices ramoſorum.

Ventrales oſſiculis quinque ſubdiviſis.

Pinna Ani coerulea, oſſiculorum decem ſimplicium.

Pinna Caudae ſubrotunda, oſſiculorum decem diviſorum.

65. URANOSCOPUS oſſiculo primo pinnae dorſalis primae triunciali.

Haecce Species, quo ad Figuram Corporis cum praecedentibus omnino convenit, verum differt, quo ad Oſſiculum Primum Pinnae Dorſalis: Caeterum convenit numero oſſiculorum in pinnis cum ſecunda ſpecie.

ATHERINA.

Corpus cathetoplateum, oblongum, tenue, ſquamoſum.
Caput cathetoplateum, ſuperne planum. Os magnum. *Dentes* in utriſque maxillis.
Membrana Branchiostega oſſiculorum. . . . .
Pinnae octo. In *Dorſo* duae, quarum *Anterior* a capite remotior, quam Ventrales.

66. ATHERINA. *Arted. Synon. append. p.* 116. *n.* 1.

Hepſetus. *Boſſuet. epigr. p.* 66. *fig. bona.*
Atherina. *Boſſuet. ibid. p.* 67.

1. *Piſcis* cathetoplateus, oblongus, tenuis, Mare Septentrionale inhabitans.
2. *Caput* ſuperne planum, cathetoplateum.
3. Os magnum: *Rictus* amplus.
4. *Maxilla Inferior* Superiore parum longior.
5. *Dentes* minimi, in utrisque maxillis.
6. *Dorſum* rectum, anguſtum, rotundum.
7. *Squamae* magnae, imbricatae, argenteae, ſplendentes, pellucidae, quarum Dorſales in margine nigro ſunt punctatae; & Laterales linea lata, argentea, a capite ad caudam usque tendente ornatae.
8. *Linea Lateralis* vix conſpicua, recta per lineam argenteam (7.) pergit ad caudam.
9. *Opercula Branchiarum* apertiſſima.
10. *Membranae Branchioſtegae* oſſicula ob pelluciditatem vix detegere potui, numeravi ſaltem tria, an plura, affirmare non audeo.
11. *Pinnae* in toto piſce octo.
12. *Pinna Dorſi Prima* in medio fere dorſo parum a capite remotior quam ventrales, conſtans oſſiculis ſex tenuibus, inermibus & ſimplicibus, primo longiſimo vix trium linearum.
13. *Pinna Dorſi Secunda*, e regione pinnae ani ſita, oſſiculorum duodecim ſimplicium & mollium, primo longiſimo vix quatuor lineas capiente.
14. *Pectorales* duae, in mediis lateribus, mox poſt opercula branchiarum, utrinque unica, ſubrotunda, oſſiculorum tredecim ſimplicium.
15. *Pinnae Ventrales* duae, medio inter opercula & anum in imo ventre ſitae, parvae, oſſiculorum ſex ſimplicium.
16. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, e regione pinnae dorſalis ſecundae, oſſiculis decem radiatis, exceptis tribus prioribus ſimplicibus, ſuffulta.
17. *Cauda* biſida, ſatis magna, continens oſſicula . . . radiata.

PLECOSTOMUS.

Corpus plagioplateum, oblongum, ſquamoſum, ſcabrum.

Caput plagioplateum, declive, medii corporis latitudinem aequans. *Os* ſub roſtro reconditum, *Labiis* membranaceis, latis, verſus mentum revolutis, & in *Cirros* abeuntibus, cinctum. *Dentes* quarundam ſpecierum in Labiorum baſibus, atque in Faucibus. In quibuſdam tamen ſpeciebus deſunt.

Membrana Branchioſtega tria oſſicula utrinque continet, ſub Operculis ſubtus & intus clauſis, ſed in lateribus tantum apertis, recondita.

Pinnae ſeptem vel octo. In *Dorſo* unica vel duae.

67 PLECOSTOMUS dorſo dipterygio, cirris duobus, cauda bifurca. Iconem vide Tab. III. Fig. 1. & 2.

Plecoſtomus cirris duobus cauda bifurca. *Arted. miſſ. ad Sebam.*

Guacari Braſilienſibus. *Marcgr. hiſt. braſ. l. 4. c. 13. p. 166.*

1. *Corpus* oblongum, craſſum, fere trigonum, in dorſum contractum, ſquamoſum, ad abdomen, & quidem ad pinnas pectorales latiſſimum ac plagioplateum, ad caudam vero anguſtiſſimum & cathetoplateum.

2. *Caput* plagioplateum, magnum, latum, corpore medio parum anguſtius, anterius ſubacutum, a dorſo in Roſtrum acuto-obtuſum declinans; ſuperius, & in lateribus oſſeum, ſcabrum; inferius planum, laeve, alepidotum.

3. *Roſtrum* acuto-obtuſum, cartilagineum, ſcabrum a reliquo capite non diſtinctum.

4. *Nares* mox ante oculos in ſummo capite ſitae, ſibi parum propiores quam oculi; duobus foraminibus utrinque praeditae.

5. *Oculi* operculis quam roſtro propiores, in ſummis capitis lateribus ſiti, longe a ſe diſtantes, & in latera ſpectantes; parum convexi, tunica propria inſtructi.

6. *Os* ſubtus ſub roſtro reconditum, anguſtum, transverſim ſectum,

7. *Labiis* craſis membranoſis cinctum, quorum *Superius* craſisſimum, a marginibus roſtri ortum, mobile, externe ſcabrum, interne laeve; ad hujus radices internas ſitae ſunt duae *Dentium Areae*, de quibus §. 10. ſeq.

8. *Labium Inferius* ſuperiori duplo majus, verum non tam craſſum, ex angulis ſuperioris labii procedens, ſimbriamque ſemicircularem conſtituens, cingit infimam oris partem, lobi in formam; Ad hujus radices internas ſimiles ſuperioribus conſpiciuntur duae *Dentium Areae.*

9. Ubi labium ſuperius (7) cum inferiore (8) conjungitur, utrinque unicus, brevis conſpicitur *Cirrus.*

10. *Dentes* in utrisque labiis, quae maxillarum loco ſunt, conſiſtunt ex quatuor Areis, quarum duae in ſingulis labiis, ut dixi (7. 8.) ſunt autem nil niſi tenerrimi, anguſti, flexiles & longi aculei, apice introrſum flexo praediti, ſibi approximati, oſſiculo cuidam pro baſi affixi.

11. Ex Labiorum Dentiumque Structura concludi haud incongrue poteſt, ingeſtionem ejus non Manducatione, quippe Dentes & Labia ſe invicem non attingere, multo minus in ſe mutuo agere poſſunt, verum tantum Suctione & Arroſione perfici; hoc modo: Labiis applicatis ad corpora devoranda, poſſunt adhuc dentes apicibus ſuis curvatis aliquid derodere, quod ſuctione ingeri tunc poteſt.

12. *Introitus Oris* anguſtus. *Palatum* glabrum.

13. *Aperturae Branchiarum* in infimis lateribus, mox ante pinnas pectorales, anguſto hiatu, e regione oculorum, apertae; ſuperne vero ac inferne clauſae.

14. *Dorſum* convexum, anguſtum, a capite ad caudam declive; ad latera utrinque a ſummitate oblique deſcendens in abdomen.

15. *Latera* convexa, lata, ad opercula latiſſima, ad caudam anguſtiſſima.

16. *Pectus* & *Venter* plana, adeo ut ſitu prono piſcis ore terram attingat, ad pinnas pectorales latiſſima: Abdomine a pinnis pectoralibus ad caudam usque ſenſim attenuante.

17. *Linea Lateralis* vix diſtinguenda, e regione oculorum poſt caput incipiens, & per media latera decurrens, petit caudam.

18. *Squamae* in dorſo & lateribus rhomboideae, ſpinulis exaſperatae, & in medio, tuberculo parum elevato, inſtructae; rarae, invicem non contingentes, cuti glabrae affixi;

Pectus & Venter a roſtro ad anum usque alepidota, ſcabra; Venter vero poſt anum *Squamis* latis & anguſtis, ſibi parum propioribus quam dorſales, figuram ſcutorum, Serpentum abdomina tegentium referentibus, tectus.

19. *Anus* ante pinnam ani ſitus, caudae parum propior, quam apici roſtri.

20. *Pinnae* in toto corpore octo, nimirum in Dorſo duae, ad Pectus & Ventrem totidem, ad Anum unica, atque unica Caudae.

21. *Pinna Dorſi Prior* magna & altiſſima, mox poſt caput ſita oſſiculorum octo, quorum primum ſimplex, inerme, flexile, ſcabrum, craſſum, verſus caudam incurvatum, & omnium oſſiculorum altiſſimum, unius unciae & ſex linearum longitudinem aequans; huic ſeptem reliqua, quae ramoſa, flexilia & magnitudine

ſenſim

ſenſim decreſcentia ad ultimum uſque, quod ſex lineas longum, adnectuntur per membranam ſatis validam, pellucentem, albam, nigro-maculatam.

22. *Pinna Dorſi Poſterior* in extremo dorſo prope caudam ſita, exigua & humilis, ex unico tantum brevi, rigido, ſcabro, ſed inermi conſtans oſſiculo, quod brevi membrana dorſo adjungitur.

23. *Pinnae Pectorales* duae, mox poſt aperturas branchiarum utrinque in infimis lateribus unica, ex ſex oſſiculis ſcabris conſtructa, quorum primum ſimplex crasſisſimum & longisſimum unius unciae & ſex linearum longitudinem aequans, reliquis ramoſis ſenſim decreſcentibus ad ſextum usque, quod ſeptem eſt linearum, adnectitur per membranam craſſam, bruneam, nigro-maculatam.

24. *Pinnae Ventrales* duae, in infimis lateribus utrinque unica, medio inter pinnam ani & pectorales ſitae, longe ab invicem remotae, oblongo-rotundae, inſtructae oſſiculis ſex, flexibilibus, ſcabris, quorum primum ſimplex, crasſisſimum, longisſimum & ſcabrum; intermedia vero quatuor ramoſa; ultimum autem ſimplex ac minimum: Omnia haec oſſicula connectit membrana ſatis valida nigro-maculata.

25. *Pinna Ani* minima, poſt anum ſita, oſſiculorum quinque inermium, tenuium ac ramoſorum, primo excepto ſimplici.

26. *Pinna Caudae* admodum magna, biſurca, oſſiculorum ſexdecim ramoſorum, exceptis utrinque lateralibus maximis, ſimplicibus, utrinque aequalibus.

27. *Color* dorſi, capitis, pinnarum & laterum cinereus, parvis maculis rotundis & nigris conſperſus: In ventre omnino albeſcit.

23. Longitudo ab apice roſtri
ad finem caudae —— : — 7 — 3
ad finem labii ſuperioris : — : — 3
ad finem labii inferioris : — : — 8
ad nares — — — : — : — 6
ad oculos — — : — 1 — 1
ad opercula branchiarum : — 1 — 1
ad pinnas pectorales — : — 1 — 2
ad earum ultimum oſſiculum — — : — 1 — 6
ad finem capitis —— : — 1 — 8
ad pinnam dorſi primam : — 2 — 1
ad finem ejus — — : — 3 — 3
ad pinnam ejus ſecundam : — 4 — :
ad ejus finem — — : — 4 — 3
ad pinnas ventris —— : — 2 — 3
ad earum ultimum oſſiculum —— —— : — 2 — 5
ad pinnam ani — — : — 3 — 1
ad ejus finem — — : — 3 — 2
ad caudam — —— : — 4 — 6
ad ejus biſurcaturam — : — 5 — 6

28. Latitudo horizontalis
ad roſtrum — — : — : — 3
ad aperturas branchiarum : — 1 — 5
ad pinnam dorſi primam : — 1 — 4
ad —— ſecundam — : — : — 5
ad pinnas pectoris — : — 1 — 6
ante caudam — — : — : — 2

29. Altitudo perpendicularis ad roſtrum: — : — 3
ad oculos — — : — : — 9
ad pinnam dorſi primam : — 1 — 1
ad —— ſecundam — : — : — 6
ad caudam — — : — : — 6
caudae expanſae — — : — 3 — :

Patria ejus Surinamae Fluvius eſt, unde accepi.

68. PLECOSTOMUS dorſo monopterygio, ore cirrato, edentulo, oſſiculo ſuperiori caudae bifurcae ſetiformi brevi. Iconem vide Tab. II. Fig. 1. & 2.

Plecoſtomus corpore aculeato, ore cirrato, dorſo monopterygio. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* oblongum, teres, admodum depreſſum, plagioplateum, ſquamis oſſeis ſcabris tectum; ad pinnam dorſalem fere tetragonum, ad caudam digonum; ad aperturas branchiarum crasſisſimum & ad caudam anguſtisſimum.

2. *Caput* ſatis magnum, ſuperne oſſeum, ſcabrum, convexum, plagioplateum, medii corporis latitudinem aequans; a dorſo ad oculos planum, & ab oculis ad roſtrum declive: Latera ejus admodum declivia margines efficientia acutos; Caput inferne planum & alepidotum.

3. *Nares* in capitis ſuprema parte ſitae, ſibi paulo propiores quam oculi, quibus approximatae ſunt; foraminibus utrinque duobus inſtructae.

4. *Oculi* in capitis ſupremis lateribus, longe a ſe diſtantes, operculis quam roſtro propiores, in latera ſpectantes, parvi, rotundi, parum convexi: *Pupilla* nigra, & *Iride* aurantia inſtructi.

5. *Roſtrum* admodum latum, obtuſum, rotundatum, oſſeum, ſcabrum, a reliquo capite non diſtinctum.

6. *Os* ſubtus ſub roſtro reconditum, anguſtum, *Labiis* membranoſis cinctum, quorum

7. *Superius* brevius, crasſisſimum, a marginibus roſtri ortum, laeve, mobile.

8. *Labium Inferius* ex lateribus ſuperioris labii continuatum, admodum magnum & latum in tenuisſimam membranam abit.

9. Haec Membrana in parvulos *Cirros* diviſa, lobi ad inſtar ex Inferiore Labio dependet.

10. *Dentes* in labiis nulli conſpicui.

11. *Introitus* oris anguſtus. *Palatum* glabrum.

12. *Aperturae Branchiarum* in infimis lateribus, mox ante pinnas pectorales, parvulo foramine utrinque apertae; ſubtus ac intus clauſae.

13. *Membrana Branchioſtega* oſſiculorum utrinque trium.

14. *Dorſum* latum, convexo-planum, & laeviter

ſulcatum, ad pinnam dorſi latisſimum, inde ſenſim anguſtius ad caudam uſque.

15. *Latera* admodum anguſta, latisſima ad regionem pinnae dorſi, ex concurſu Squamarum Dorſalium cum Ventralibus ſerrata & acuta.

16. *Pectus* & *Venter* lata & plana ad anum uſque; inde vero convexum eſt *abdomen*.

17. *Linea Lateralis* poſt caput incipiens, per media latera decurrit, dorſo parallela ad caudam usque.

18. *Anus* fere inter pinnas ventrales, a pinna ani parum diſſitus, roſtro multo propior quam caudae.

19. *Squamae* oſſeae, ſcabrae, ſibi incumbentes, in lateribus aculeatae; Ante Pinnam Dorſi ſunt tres quodammodo ovatae; in Dorſo vero, toto Abdomine ac Pectore Squamae ſunt latae, & anguſtae, margine poſtico aculeato inſtructae.

20. *Pinnae* in toto piſce ſeptem, ſcilicet in Dorſo unica, Pectorales duae, totidemque ventrales, una Ani & Cauda.

21. *Pinna Dorſi* unica, magna, fere triquetra, capiti propior quam caudae, e regione pinnarum ventralium ſita, oſſiculorum octo inermium, ſcabrorum, ramoſorum; excepto primo ſimplici, maximo.

22. *Pinnae Pectorales* mox poſt aperturas branchiarum in infimis lateribus ſitae, utrinque unica, oſſiculorum ſeptem, ramoſorum; primo excepto crasſisſimo ſimplici, incurvato & ſcabro.

23. *Pinnae Ventrales* in ventre ſitae, longe a ſe diſtantes, medio fere inter pinnam ani & pectorales, oſſiculis ſuffultae ſex ramoſis, primo excepto maximo, craſſo, ſimplici, ſcabro.

24. *Pinna Ani* parva, e regione oſſiculi ultimi pinnae dorſalis orta, ſuffulta oſſiculis ſex, tenuibus, longis, ramoſis; primo & ultimo exceptis, quae ſimplicia.

25. *Cauda* parva, bifurca, oſſiculorum duodecim ramoſorum, primo & ultimo utrinque lateralibus exceptis, quae ſimplicia: *Supremum Oſſiculum* omnium longiſſimum, duas uncias & quatuor lineas aequat; *Infimum* vero unius unciae & duarum eſt linearum.

26. *Color* in toto corpore ſuperno & in pinnis, quae nigris maculis ſunt diſtinctae, eſt obſcuro-cinereus; Inferne vero corpus albeſcit.

27. Inhabitat Surinamae flumina.

28. Longitudo tota a roſtro
ad finem oſſiculi ſupremi caudae — : — 10 — 5
ad finem labii ſuperioris: — : — 4
ad finem labii inferioris: — 1 — 8
ad nares — — : — : — 7
ad oculos — — : — 1 — :
ad pinnas pectoris — : — 1 — 7
ad pinnas ventrales — : — 2 — 6
ad anum — — : — 3 — :
ad pinnam ani — : — 3 — 8
ad ejus ſinem — — : — 4 — 1
ad pinnam dorſi — : — 2 — 7
ad ejus ſinem — — : — 3 — 5
ad caudam — — : — 8 — 2

29. Latitudo horizontalis
ad roſtrum — — : — : — 5
ad opercula — — : — 1 — 4
ad pinnam dorſi — : — 1 — 3
ad pinnam ani — : — 1 — :
ad caudam — — : — : — 4

30. Altitudo perpendicularis
ad roſtrum — — : — : — 3
ad oculos — — : — : — 6
ad pinnam dorſi — : — : — 9
ad ejus ſinem — : — : — 8
ad caudam — — : — : — 2
caudae expanſae — : — 1 — 6

69. PLECOSTOMUS dorſo monopterygio, ore cirrato, dentato, oſſiculo ſuperiori caudae bifurcae longitudine corporis.

1. *Corpus*, *Caput*, *Nares*, *Oculi*, *Os*, ut in mox antecedente.

2. *Labia*, ut ibidem, verum in plures cirrulos diſtincta.

3. *Dentes*, ut in prima ſpecie in utrisque labiis; Nec non ad Fauces ſuperne adſunt duo *Oſſicula* fere triangularia, juxta ſe invicem ſita, denticulis minimis exaſperata; his inferne reſpondet unicum *Os* triangulare magnum, inter branchias ſitum, denticulis armatum.

4. *Opercula Branchiarum* ſubtus ac intus clauſa, in infimis lateribus tantum aperta.

5. *Membrana Branchioſtega* utrinque ſuffulta eſt tribus oſſiculis numeratu difficillimis.

6. *Branchiae* utrinque quatuor, quarum latera concava duplici aculeorum longorum ſerie inſtructa.

7. *Dorſum*, *Pectus*, *Venter*, *Linea Lateralis*, ut in Secunda Specie.

8. *Squamae* oſſeae, ſcabrae; quarum tres, quae inter caput & pinnam dorſi ſitae ſunt, ovatae, in medio inſtructae duabus carinis elevatis, asperis: Eae vero, quae ad latus pinnae dorſalis ſitae, numero que ſex, figuram habent oblongam, hexagonam & in medio tuberculo elevato, aspero inſtructam: Dorſum autem tegitur Squamis anguſtis, latis, ſinuatis, quarum margines latera ſerrata efficiunt.

9. *Pectus* omnino alepidotum.

10. *Venter* a pinnis pectoralibus ad ventrales usque tegitur ſquamis parvis, oblongo-quadratis; a Pinnis vero Ventralibus ad caudam usque Abdomen viginti quinque Squamis anguſtis & latis, Dorſalibus (§. 8.) ſimillimis, contegitur.

11. *Pinnae* praeciſe, ut in antecedente ſpecimine;

12. *Cauda*, ut in antecedente bifurca duodecim oſſiculorum ramoſorum, exceptis utrinque ſingulis lateralibus, ſimplicibus, quorum *Supremum* in filum abit

abit, tenacitate, flexibilitate, & colore balaenam adaequans, ſeptem uncias atque tres lineas longum. *Infimum* vero *Officulum* tredecim tantum lineas longitudine capit.

13. *Diaphragma* robuſtum. *Peritonaeum* argentei coloris.

14. *Ventriculus* oblongus, a gula per totum abdomen in ſemicirculum ductus, ubicunque ejusdem capacitatis, pennam anſerinam tenuem vix capiens.

15. *Inteſtina* triplici circumvolutione a ſiniſtra verſus dextrum ducuntur latus, tandem abeuntia in

16. *Anum*, qui inter pinnas ventrales, & longe a pinna ani ſitus, roſtro quam caudae propior.

17. *Hepar* magnum, in duos lobos diviſum, quorum ſuperior latior & tuberoſus; inferior longior, ſed anguſtus.

18. *Color* totius piſcis ſubtus eſt nigro-bruneus; intus parum albidior.

19. Longitudo a roſtro

ad finem caudae	—	1 — 8	— 5
ad finem oſſiculi ſupermi caudae	——	1 — 3	— 8
ad caudae bifurcationem	:	— 7	— 6
ad caudae initium	—	: — 7	— :
ad finem pinnae ani	—	: — 3	— 3
ad ejus initium	——	: — 3	— :
ad anum	— —	: — 2	— 4
ad pinnas ventris	—	: — 2	— :
ad earum fines	——	: — 3	— 6
ad pinnas pectoris	—	: — 1	— 1
ad earum fines	——	: — 2	— 5
ad pinnam dorſi	— —	: — 2	— 3
ad ejus finem	— —	: — 2	— 9
ad oculos	—— ——	: — :	— 8
ad eorum fines	——	: — 1	— :
ad nares	—— ——	: — :	— 6
ad os	—— ——	: — :	— 3

Linn. Gen. 118.

CALLICHTHYS.

Corpus cathetoplateum, longum, craſſum, paucis Squamarum ordinibus veſtitum.

Caput plagioplateum, convexum, declive, corpore latius. *Oculi* minutiſſimi. *Os* cirroſum. *Dentes* in maxillis.

Membrana Branchioſtega utrinque oſſicula tria vel ſex continet.

Pinnae octo. In *Dorſo* duae.

70. CALLICHTHYS cirris quatuor, lateribus duplici utrinque ſquamarum ordine veſtitis.

Callichthys. *Balk. Muſ. Princ. n. 51. t. 2. f. 1.*

Plecoſtomus cirris quatuor longis. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

Tamoata Braſilienſibus. *Marcgr. hiſt. bras. p. 151. Piſo. Braſil. p. 71. Willugb. icht. t. N. 13. f. 6.* manca & rudis.

Cataphractus barbatus, ore parvo edentulo, *Klein. miſſ. 4. p. 43. n. 5.*

Dreg Dolfin. *Valent. piſc. amb. f. 394. n. 394.*

1. *Corpus* cathetoplateum, longum, ſquamoſum, craſſum, bruneum, asperum.

2. *Caput* plagioplateum, ſuperne latiſſimum, convexum, rotundum, breve, corpore medio latius, antice depreſſum, ſuperne oſſeum, & variis ſuturis ornatum, in orbem poſitis circum centralem ſquamam majusculam.

3. *Oculi* minimi, ad latera capitis, ſphaerici, ore quam operculis propiores, longe ab invicem diſiti.

4. *Nares* duplici foramine praeditae, longe a ſe diſtantes, ſibi tamen propiores quam oculi, ante quos ſunt ſiti, hisque propiores quam roſtro.

5. *Os* in apice capitis, anguſtum, transverſum.

6. *Mandibula Superior* ante Inferiorem multo prominet.

7. *Cirri* ad angulos maxillarum quatuor, duo ſciliget utrinque, quorum *Inferiores* ſunt minores longitudinem capitis ad opercula usque branchiarum aequantes; *Superiores* vero multo Inferiores longitudine ſuperant.

8. *Dentes* in utrisque maxillis, minimi, vix viſibiles, unico ordine in maxillarum margine conferti.

9. *Aperturae Branchiarum* inferne ac in lateribus apertae, & anguſtae.

10. *Membrana Branchioſtega* utrinque continet oſſicula tria.

11. *Dorſum* latum, ad pinnam usque dorſalem ſecundam convexo-planum; inde anguſtum & acutum ad caudam usque, *Sulco* inſtructum pinnas dorſales abscondente; Hic Sulcus oritur ab exitu Squamarum lateralium, quae ſe invicem non attingunt, ſed locum relinquunt alepidotum.

12. *Latera* convexa, lata, duobus ordinibus ſquamarum tecta, quae lineares oblongae, ſibi incumbentes, numero viginti ſex, quarum margines asperi & ciliati; Poſtremae vero ſquamae juxta caudam triplici inciſione inciſae. Ex duorum ſquamarum ordinum congreſſu, oritur *Linea* in lateribus ſinuato ſerrata.

13. *Pectus*, *Venter*, & *Reliquum Abdomen* latiuſculum, laeve, alepidotum.

14. *Linea Lateralis* nulla viſibilis; niſi eam (§. 12.) mox memoratam pro Linea Laterali habeas.

15. *Anus*

15. *Anus* medio inter caput & caudam ſitus.

16. *Pinna Dorſi Prior* mox poſt caput ſita, oſſiculorum octo, inermium, ad latera ſcabrorum, ramoſorum; exceptis primo & ſecundo ſimplicibus & inermibus.

17. *Pinna Dorſi Poſterior* prope ad caudam ſita, parva, unico radio inermi, ſimplici & ſcabro inſtructa, qui brevi membrana dorſo adnectitur.

18. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque una, mox poſt opercula, in imis lateribus ſitae, rotundatae, radiis inſtructae ſeptendecim ramoſis; excepto primo craſſiſſimo, ſcabro, ſimplici atque inermi.

19. *Pinnae Ventrales* utrinque ad latera ani, longe a ſe remotae, ſubrotundae, inſtructae oſſiculis ſeptem, externe ſcabris, ultra medium ſubdiviſis; excepto primo ſimplici, minimo & inermi.

20. *Pinna Ani* e regione pinnae dorſalis ſecundae, prope ad caudam, longe ab ano diſſita, oſſiculorum ſeptem ramoſorum; excepto primo ſimplici, inermi.

21. *Cauda* ſubrotunda, oſſiculorum quatuordecim ſcabrorum, ultra medium diviſorum, exceptis utrinque lateralibus ſimplicibus.

22. *Color* bruneus.

23. Habitat in fluviis Surinamae, ubi *Kwikwi* vocatur.

71. CALLICHTHYS cirris ſex, lateribus unico ſquamarum ordine veſtitis. Iconem vide Tab. III. f. 4. & 5.

Cataphractus americanus. *Catesb. hiſt. nat. append.* t. 19. *p.* 19.

Ikan Renne. *Valent. piſc. amb. f.* 355. *p.* 450. *n.* 355?

1. *Corpus* cathetoplateum, hic ſquamoſum, illic alepidotum, bruneum albido mixtum, figurâ praecedentis.

2. *Caput* plagioplateum, latum, imo latius quam medium corpus, ad os declive, ſuperne oſſeum, ſcabrum; inter oculos *macula* ovata, albeſcens, oſſe carens, tenuiſſima cuticula cerebrum illic tegente inſtructa; ad latera caput eſt alepidotum, imo & tota ejus inferior pars.

3. *Os* in apice capitis, transverſum, multo anguſtius latitudine capitis; inſtructum

4. *Cirris* ſex, qui tenues ac capitis longitudinem ſuperantes, bruneo alboque picti colore; horum duo ad angulos oris ſunt ſiti, unus utrinque; verum quatuor reliqui in maxilla inferiore unico ordine ſunt diſpoſiti.

5. *Rictus* oris oblongus, anguſtus.

6. *Maxillae* aequales.

7. *Dentes* labiis tecti, parvi, vix conſpicui, contigui, innumerabiles, in marginibus maxillarum & ad fauces ſiti.

8. *Nares* rotundae, ſatis magnae, inter oculos ſitae, iisque proximae.

9. *Oculi* exigui, parum convexi; rotundati, in ſupremo capite prope ad os ſiti, cute communi capitis toti obducti, valde inter ſe diſtantes.

10. *Dorſum* latum, convexum, ad pinnam usque dorſalem elevatum, ac eo usque contectum clypeo, quod totum caput tegit; hinc dorſum fit anguſtius & alepidotum,

11. *Latera* convexa, ad pinnam usque dorſalem primam alepidota, inde tecta unico ordine ſquamarum oſſearum, anguſtarum longarumque, per transverſa latera ſitarum, aculeis horridarum; numerum viginti novem in ſingulo latere non excedentium.

12. In harum ſquamarum medio eſt aculeus praelongus aduncus, caudam verſus inflexus, *Lineam Lateralem* quaſi conſtituens; non autem veram, quae in hoc piſce inviſibilis.

13. *Pectus & Venter* plana, alepidota, albo bruneoque variegata colore.

14. *Anus* inter pinnas ventrales, caudae parum propior quam capiti.

15. *Pinnae* in toto piſce octo, ſcilicet, duae Dorſales, totidemque Pectorales & Ventrales, unica Ani & Cauda.

16. *Pinna Dorſalis Anterior* capiti proxima, oſſiculis inſtructa quinque, quae radiata inermia, mollia, flexilia; excepto primo oſſiculo, quod rigidiſſimum, craſſiſſimum atque longiſſimum, inerme & quadrangulum, ad unumquodque latus aculeis ſatis longis inſtructum, reliquis oſſiculis membranae craſſae ope adnexum.

17. *Pinna Dorſi Poſterior* caudae proxima, unico radio rigido, ſcabro, inermi ſimplicique inſtructa.

18. *Pinnae Pectorales* horizontales, inermes, parvae, mox poſt opercula in margine pectoris inferiore ſitae, oſſiculis inſtructae . . . . ramoſis, excepto ſupremo ſimplici, maximo, compreſſo, ſcabro & lato, verſusque caudam incurvato, & ad utrumque latus anguſtiſſimum ſerrato.

19. *Pinnae Ventrales* in ipſo ventre ſitae, ſibi approximatae, minimae, rotundatae, inermes, oſſiculorum ſex ramoſorum, exceptis primo & ultimo ſimplicibus.

20. *Pinna Ani* inter anum & caudam media, oſſiculorum novem, inermium, ramoſorum, exceptis duobus prioribus ſimplicibus & inermibus.

21. *Cauda* ſubrotunda, ambitu ſerrato, oſſiculorum novemdecim, quorum novem intermedia ramoſa; caetera vero lateralia ſimplicia.

22. *Apertura Branchiarum* anguſta; *Opercula Branchiarum* laevia, unico ex oſſe conflata.

23. *Membrana Branchioſtega* continens utrinque oſſicula ſex, numeratu difficillima ob membranam craſſam & obſcuram, qua tecta ſunt: horum autem oſſiculorum tria ſuperiora majora, ſub operculis ſunt ſita, a quibus difficillime ſolvenda.

24. *Branchiae* utrinque quatuor.

25. *Hepar* magnum, in tres lobos diviſum, ventriculum

triculum omnino tegens, cujus dexter lobus longiſſimus.

26. *Oeſophagus* amplus, rectus, in *Ventriculum* deſcendens amplum, in medio abdomine ſitum, in ſiniſtro latere abeuntem in *Pylorum*, qui transverſim ſuper Oeſophagum procurrens deſinit in *Inteſtina* valde contorta.

27. *Appendices ad Pylorum* nullae.

28. *Pancreas* ſub ventriculo, in abdominis latere ſiniſtro ſitum, oblongum, triangulare & transverſim ſitum.

29. *Ovarium* unicum, transverſim in abdominis fine ſub ventriculo ſitum, magnum, flavum, ovis albis plenum, in varios lobos ſibi ſuperimpoſitos diſſectum.

30. *Veſica Aerea* magna, ſubrotunda, ſpinae dorſi affixa, & ab ea absque ſciſſura inſeparabilis, in ſupremo abdomine ſita, intus longitudinaliter per ſepimentum membranaceum in duo cava diviſa; praeciſe ut in Siluro §. 36. pag. 7.

31. *Ren* unicus, ſub veſica aërea in duos lobos diviſus, ut in Siluro §. 38. pag. 7.

32. *Uterus?* magnus, in duo cornua abiens.

33. *Peritonaeum* argentei coloris, duriſſimum.

34. *Caro* albida, fibroſa, dura.

35. *Vertebrae* 24. *Coſtae* utrinque 6.

Comparavi ex Muſeo Sebae.

Arted. Gen. 21. Linn. Gen. 143.

GYMNOTUS.

Corpus cathetoplateum, oblongum, tenue.

Caput cathetoplateum, ad branchias medio corpore parum latius. *Dentes* in maxillis & faucibus.

Membrana Branchioſtega ſub operculis latens, oſſiculis quinque inſtructa.

Pinnae tres; nimirum duae *Pectorales* & *Ani*. Ad *Caudam* vero, in *Dorſo* & ad *Ventrem* nullae.

72. GYMNOTUS maxilla ſuperiore longiore.

Gymnotus. *Arted. Gen.* 21. *n.* 1. *Synon. p.* 43. *n.* 1. *Sund. Sur. Grill. n.* 20. *Balk. Muſ. Princ. n.* 52. *t.* 2. *f.* 8.

Carapo Braſilienſium. *Marcgr. hiſt. Braſ.* 110. *Piſo Braſ.* 72. *Willugh. icht. p.*115. *t. G.* 7. *f.* 4. *accuratiſſima.*

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, tenue, anguſtum, ſquamoſum.

2. *Dorſum* craſſum, convexum, rectum, a capite ad caudam declive.

3. *Latera* plana, poſt caput lata, verſus caudam ſenſim anguſtiora.

4. *Venter* rotundus, prominens, ad pinnam ani tenuiſſimus, compreſſus in aciem, rectus ad caudam usque; hinc figura piſcis cultro ſimilis.

5. *Caput* a dorſo oblique in maxillas deſcendit, ad branchias eſt parum latius, quam in medio corpore; ad roſtrum vero tenuius; laeve eſt, & parvum, cute laxa tectum verrucis mollibus conſperſum.

6. *Oculi* parvi, ovati, in ſuperna capitis parte ſiti, roſtro quam operculis parum propiores, cute capitis communi tecti, longe a ſe diſtantes.

7. *Nares* inter oculos & roſtrum longe a ſe diſtantes, utrinque unico foramine perviae.

8. *Maxillae* rotundae, quarum ſuperior ante inferiorem multo prominet.

9. *Os* anguſtum.

10. *Dentes* minutiſſimi in maxillis & faucibus.

11. *Labia* dentes tegentia, carnoſa.

12. *Cirrus*, de quo *in Muſ. Princ.* fit mentio, nullus in Noſtro Specimine; hincque alia Species.

13. *Aperturae Branchiarum* ſatis patulae, valde hiantes, ante pinnas pectorales ſitae, ab inferiore parte clauſae.

14. *Branchiae* quatuor ab interiore arcuum parte denticulatae.

15. *Membrana Branchioſtega* ſub operculis latens, oſſiculis conſtans quinque admodum latis, quorum duo inferiora tenuia.

16. *Anus* capiti proximus, inter branchias ſitus, foramine parvo ovato inſtructus, poſt quod ſequitur *tubulus* carnoſus, linearem longitudinem aequans.

17. *Linea Lateralis* conſpicua, recta ab operculis ad finem caudae procurrens, dorſo proxima.

18. *Squamae* parvae, orbiculatae, laeves, imbricatim ſitae.

19. *Pinnae* tres in toto piſce; nimirum duae Pectorales & unica Ani. *Dorſalis* enim, *Ventrales* ac *Caudae Pinnae* deſunt.

20. *Pinnae Pectorales* duae, una utrinque, parva, lanceolata, in mediis lateribus, mox poſt opercula ſitae, radiorum . . . .

21. *Pinna Ani* ab ano unciali ſpatio remota lente procurrit per maximum abdominis ſpatium, non autem ad apicem usque caudae, uti in Specie a *Cl. Balk. in Muſ. Princ.* deſcripta; ſed longius a cauda deſinit, uti ex proportione patet; ſuffulta eſt oſſiculis innumerabilibus, tenuibus, inermibus & ſimplicibus.

Nota. In Alio Specime obſervo *Pinnam Ani* mox poſt anum ortam, eodem modo procurrere, ut mox deſcripſi: Eratque hic piſcis maſculus. Forte hoc pro diſtinctione inter marem & foeminam haberi poteſt; ideoque factum videtur, ne in geſtatione radices pinnae ovarium premerent.

22. *Cauda* apterygia, ſubulata, quadrata & acuminata.

23. *Peritonaeum* ſubtenue, pellucidum, album.

24. *Diaphragma* robuſtum.

25. *Cor* triangulare, conicum, *Auriculâ* corde duplo majore inſtructum.

26. *Ovarium* magnum, totum abdomen replens, omnia inteſtina tegens, ovis ſatis magnis repletum, tunica tenui pellucida circumdatum, ex duobus ſaccis conſtructum. Oritur mox ſub Hepate, ab utroque latere dimittit unum ſacculum, quorum dexter minor; uterque ſacculus abit in unum Tubulum §. 16. laudatum.

27. Ad latera exteriora & interiora hujus ovarii (§. 26.) & praecipue ubi aëream veſicam comprimebat, multa aderat Pinguedo.

28. *Hepar* in tres lobos diviſum, quorum ſupremus maximus & latus, intermedius vero minimus, premuntque hi lobi ventriculum ab omni parte.

29. *Ventriculus* parvus, ſubrotundus, chelas Cancrorum, integumentaque varia Squillarum nondum detrita continebat, abiens in

30. *Inteſtinum* circa ventriculum varie convolutum, cui adnexum eſt per membranam, multa pinguedine intertextam; an *Omentum*?

31. *Appendices ad pylorum* aliquot parvae.

32. *Veſica Aërea* craſſa, libera, oblongo-rotunda, flava, unciae longitudinem aequans, ex *Ductu Pneumatico* dependens, qui tenuiſſimus eſt.

33. *Renes* ſpinae dorſi affixi, in unum corpus concreti.

34. *Coſtae* utrinque 15. tenues, longi, arcuati.

35. Longitudo tota a roſtro

ad finem caudae	——	1 —	4 —	8
ad maxillam inferiorem	—	: —	: —	1
ad oris angulos	——	: —	: —	3
ad anum	——	——	: —	1 — 2
ad oculorum initium	—	: —	: —	6
ad eorum finem	—	—	: —	: — 8
ad opercula	—	—	: —	1 — 6
ad pinnas pectoris	—	: —	1 —	8
ad earum fines	—	—	: —	2 — 1
ad pinnam ani	——	: —	2 —	2
ad ejus finem	—	—	1 —	: — 7

36. Altitudo perpendicularis

ad oris angulos	——	: —	: —	3
ad oculorum medium	-	: —	: —	3
ad opercula	—	—	: —	: — 9
ad pinnam ani	—	—	: —	1 — 4
ad ejus finem	—	—	: —	: — 2
ad caudam	——	——	: —	: — 1

37. Vivit in Surinamae Braſiliaeque fluminibus.

73. GYMNOTUS maxillis protractis, tubuloſis, in lateribus connatis, corpore maculoſo.

A priore differt tantum *Colore*, qui albus bruneisque maculis varius, & *Maxillis*, quae a capite longe protrahuntur.

Comparavi ex Muſeo Sebae.

MUSEUM ICHTHYOLOGICUM.

Ordo Secundus

comprehendit

ACANTHOPTERYGIOS.

POLYNEMUS. *

Corpus cathetoplateum, oblongum, craſſum, ſquamoſum.
Caput cathetoplateum. *Dentes* in maxillis, palato & faucibus.
Membrana Branchioſtega officula utrinque quinque continet.
Pinnae octo. In *Dorſo* duae. *Appendices* filiformes in pectore ſub Pinnis Pectoralibus. *Cauda* bifida.

74. POLYNEMUS officulis filiformibus utrinque quinque ad pinnas pectorales.

Pentanemus. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* & *Caput* cathetoplatea, lata.

2. *Caput* haud magnum, convexum, a lateribus planum, a dorſo declive in

3. *Roſtrum* obtuſum, craſſum, rotundum.

4. *Maxillae* ore clauſo aequales, aperto Inferior ante Superiorem prominet.

5. *Rictus* mediocris.

6. *Maxilla Inferior* apice inflexo, globoſo inſtructa, qui Cavitati in Maxilla Superiore reſpondet.

7. *Denticuli* ſeu *Tubercula* ſupra modum exilia, in maxillis, palato & faucibus; *Lingua* glabra.

8. *Oculi* mediocres, rotundi, in lateribus capitis utrinque ſiti, longe a ſe diſſiti, ori approximati, cute capitis communi tecti.

9. *Pupilla* ſatis magna, ovata, apice inferne ſpectante, *Iride* argentea cincta.

10. *Ductus* aliquot in capite ſub cute.

11. *Nares* magnae, ante oculos ſitae, utrinque duobus foraminibus inſtructae.

12. *Aperturae Branchiarum* utrinque ſatis patulae.

13. *Opercula Branchiarum* inermia, a parte poſteriore in angulum acutum exeuntia.

14. *Membrana Branchioſtega* continet utrinque oſſicula quinque teretia, quorum ſupremum majus.

15. *Color* argenteus, in lateribus & ventre; in dorſo vero rubeſcens: Pinnae omnes albidae.

16. *Squamae* non admodum magnae, albae, flexiles & tenues, poſtica parte leviter ſerratae, unde ſubaſperae ſentiuntur, facile deciduae.

17. *Linea Lateralis* curva, dorſo quam ventri propior.

18. *Dorſum* a capite ad pinnam usque dorſi ſecundam adſcendit, inde vero in caudam declinat.

19. *Venter* anguſtus, planus.

20. *Pinnae* in toto corpore octo; ſcilicet duae Dorſales, totidemque Pectorales & Ventrales, unica Ani & Caudae.

21. *Pinna Dorſi Prior* e regione pinnarum ventralium ſita, exigua, officulorum ſeptem, parum aculeatorum & brevium.

22. *Pinna Dorſi Secunda* anteriore major & altior; officulorum ſexdecim, quorum primum ſimplex, aculeatum, ſed reliqua mollia & ramoſa.

23. *Pinnae Pectorales* oblique verſus ventrem ſitae, unica utrinque, in lateribus poſt Branchiarum Aperturas, ventri propiores, longae & anguſtae, officulis ſuffultae ſexdecim, ſimplicibus & inermibus;

24. Hiſce Pinnis ad radices in Pectore appoſitae ſunt quinque *Appendices* oſſeae, filiformes, lineam craſſitudine nondum capientes; harum *Duae Mediae* longiſſimae, & corpore ipſo duplo longiores ſunt; *Duae* vero *Superiores* mediis parum breviores; *Infima* autem minima.

25. *Pin-*

* Ob nimis ſtrictam Cl. Artedii denominationem, nomen *Pentanemi* displicet, quum ſub eodem Genere militat *Paradiſaeae piſcis Edwardi*, cui *ſeptem* Appendices ad Pinnas Pectoris, qui hinc inſcribendus eſſet *Heptanemus*: verum ad evitandas plures confuſiones, nomine parum generaliori *Polynemi* nimirum, inſignire non dubitavi. Nomen autem compoſitum eſt ex πολυς & νημα filum, utpote a parte inferiore Pinnarum Pectoralium officula utrinque filiformia continet, quae in aliis piſcibus inſolita ſunt.

25. *Pinnae Ventrales* in ipſo ventre, ano quam operculis parum propiores, breves, ſibi vicinae, officulorum ſex, quorum primum aculeatum, reliqua mollia & ramoſa.

26. *Pinna Ani* magna, officulorum triginta, quorum duo priora aculeata & brevia, reliqua mollia & ramoſa.

27. *Pinna Caudae* magna, lata, valde bifurcata, officulorum ſeptendecim longiorum, exceptis aliquot lateralibus brevioribus.

28. *Anus* a pinna ani parum diſſitus.

29. Longitudo a roſtro usque

ad finem caudae	—	: —	9 — 6
ad caudae bifurcaturam		: —	7 — 4
ad caudam	— —	: —	6 — 9
ad oris angulos	—	: —	: — 8
ad oculos	— —	: —	: — 3
ad eorum fines	—	: —	: — 7
ad opercula	— —	: —	1 — 9
ad pinnas pectorales	—	: —	1 — 7
ad appendicem pectoris ſupremam	— —	: —	1 — 5
ad appendicem pectoris infimam	— —	: —	1 — 5
ad finem pinnarum pectoralium	—	: —	4 — 2
ad finem appendicis pectoris primae	—	: —	10 — 2
— — ſecundae	—	: —	10 — 2
— — tertiae	—	1 —	5 — 3
— — quartae	—	1 —	4 — 6
— — quintae	—	: —	3 — 3
ad pinnas ventris	—	: —	2 — 2
ad earum fines	—	: —	3 — 2
ad anum	— —	: —	3 — :
ad pinnam ani	—	: —	3 — 6
ad ejus finem	— —	: —	5 — 7
ad pinnam dorſi primam		: —	2 — 3
ad ejus finem	—	: —	2 — 9
ad pinnam dorſi ſecundam		: —	4 — :
ad ejus finem	— —	: —	5 — :

30. Altitudo perpendicularis

ad roſtrum	— —	: —	: — 4
ad oculorum medium	—	: —	: — 9
ad pinnas pectoris	—	: —	1 — 8
ad anum	— —	— : —	2 — :
ad caudam	— —	: —	: — 8
caudae explicitae	—	: —	1 — 6

Comparavi ex Muſeo Sebae.

Hujus generis Alteram nobis exhibet Speciem *Cl. Edwards. t.* 208. ſub titulo Paradiſeae piſcis & Poiſſon appellé Mongo ou Paradis.

Huic Speciei ſeptem ſunt Appendices Filiformes ad pinnas pectorales; atque Color eſt aurantius.

Arted. Gen. 22. Linn. Gen. 113.

BLENNIUS.

Corpus cathetoplateum, plerumque varium.

Caput cathetoplateum, antice obtuſum, ſeu ab oculis ad os declive.

Membrana Branchioſtega officula ſex utrinque continet.

Pinnae ſeptem. *Dorſalis* unica a capite ad caudam fere extenſa. *Ventrales* ori propiores quam pectorales paucis tantum conſtans officulis. Quandoque *Pinnula* vel potius *Appendix* una vel duae in fronte ad oculos.

75. BLENNIUS criſta ſetacea longitudinali inter oculos.

1. *Corpus* cathetoplateum, anguſtum, oblongum, alepidotum.

2. *Caput* cathetoplateum, craſſum, ab oculis in roſtrum valde declive; antice convexum; inerme.

3. *Oculi* magni, protuberantes, in antica capitis parte ſiti, ſibi vicini, ovales, cute propria tecti.

4. *Maxilla Superior* ante Inferiorem prominet.

5. *Rictus* anguſtus. *Os* in antica capitis parte.

6. *Dentes* magni, numeroſi, paralleli, contigui, aequales, utrisque in maxillis, *Labiis* tecti.

7. *Criſta* inter oculos ante pinnam dorſalem ex pluribus perparvis, nigris ac unico ordine diſpoſitis ſetis, confecta.

8. *Opercula Branchiarum* laevia, ſatis aperta.

9. *Membrana Branchioſtega* officulis quinque tantum curvis ſuffulta.

10. *Linea Lateralis* a capite ad pinnam ani usque curvata, inde recta per media latera percurrit ad caudam.

11. *Anus* capiti propior quam caudae.

12. *Pinnae* in toto piſce ſeptem; ſcilicet unica Dorſalis, duae Pectorales, totidemque Ventrales, unica Ani, & Cauda.

13. *Pinna Dorſalis* a capite ad caudam extenſa, officulorum viginti ſex, ſimplicium; in medio parum humilior.

14. *Pinnae Pectorales* duae, unica utrinque, poſt opercula in lateribus ſitae, ſubrotundae, officulorum ramoſorum quatuordecim.

15. *Pinnae Ventrales* ſibi approximatae, ori propiores

piores quam pectorales, officulorum trium ramoſorum.

16. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, ad caudam usque extenſa, officulorum ſexdecim.

17. *Cauda* ambitu ſubrotundo, officulorum undecim ramoſorum, exceptis utrinque unico laterali ſimplici.

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

76. BLENNIUS pinna dorſali ab oculis ad caudam extenſa, radiorum viginti duorum, prioribus ſex aculeatis.

1. *Corpus* cathetoplateum, latum, breve, ſquamoſum, rubro alboque mixtum.

2. *Caput* cathetoplateum, ab oculis ad os valde declive, ad opercula parum aculeatum.

3. *Maxillae* aequales: *Rictus* anguſtus, parvus.

4. *Oculi* in ſuperna capitis parte ſiti, parum elevati.

5. *Membrana Branchioſtega* officulorum ſex utrinque.

6. *Dorſum* in medio parum elevatum, anguſtum.

7. *Linea Lateralis* curva, dorſo proxima.

8. *Pinna Dorſi* ſupra oculos orta, & ad caudam usque extenſa, officulorum viginti duorum, quorum priora ſex aculeata majora.

9. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, poſt opercula ſitae, bruneo colore inſignitae; officulorum decem inermium & ramoſorum.

10. *Ventrales* binae ſub pectoralibus ſitae, medio inter caput & anum, officulis ſuffultae quinque ramoſis; excepto primo ſimplici, aculeato.

11. *Pinna Ani* poſt anum ſita, officulorum ſeptem, ramoſorum & inermium; tribus prioribus exceptis aculeatis, rigidis & ſimplicibus.

12. *Cauda* ſubrotunda, officulorum undecim ramoſorum.

77. BLENNIUS maculis circiter decem nigris, limbo albo utrinque ad pinnam dorſalem. *Arted. Gen.* 22. *n.* 5. *Synon. p.* 45. *n.* 5.

Butterfish. *Petiv. gazoph. t.* 51. *f.* 4.

Gunnellus Cornubienſium. *Willugb. icht. t. G.* 8. *f.* 3.

Inhabitat Mare Septentrionale, ſed perquam raro apud Nos occurrit.

78. BLENNIUS fronte perpendiculariter declivi; pinna dorſi in medio humili. *Arted. mſſ. Sebam.*

Alia Punaru ſpecies. *Margrav. hiſt. braſ. p.* 165. *Willugb. icht. p.* 134. *t. H.* 7.

Marcgravius loc. cit. huic ſpecimini Officula negat Aculeata in Pinnis; Artedio attamen inter Blennios reponere placuit; cum vero officula quaedam pinnarum fuerint diffracta, litem componere non potui; hinc aliud exſpectandum ſpecimen.

Comparavi ex Muſeo Sebae.

79. BLENNIUS varius, capite ſubacuto, officulis tribus anterioribus pinnae dorſalis acutis.

1. *Corpus* oblongum, anguſtum, teres, cathetoplateum, ſquamis parvis laevibus, imbricatim ſitis contectum.

2. *Caput* plagioplateum, in maxillas anguſtiores contractum, inerme.

3. *Maxilla Inferior* paululum ſuperiore longior.

4. *Dentes* in utrisque maxillis, ſatis magni.

5. *Os* in apice capitis, *Rictu* ingenti praeditum.

6. *Opercula Branchiarum* convexa, a poſtica parte aculeata.

7. *Oculi* ovales, parum elevati, in ſupremo capite ſiti, ſibi admodum vicini, tunica propria tecti.

8. *Membrana Branchioſtega* officula ſex utrinque continet.

9. *Pinna Dorſi* unica a capite ad pinnam caudae fere extenſa, officulis tribus aculeatis & viginti ſimplicibus, inermibus & flexilibus inſtructa.

10. *Pinnae Pectorales* duae, unica utrinque, in lateribus poſt opercula ſitae, officulis inermibus & ramoſis ſuffultae.

11. *Pinnae Ventrales* duae, ſibi proximae, in imo ventre ſub pectoralibus ſitae, officulorum ſex inermium & ſimplicium.

12. *Pinna Ani* ab ano ad caudam fere extenſa officulorum octodecim ſimplicium & inermium; primo breviſſimo excepto, aculeato.

13. *Cauda* ambitu ſubrotundo, officulis. . . . ramoſis inſtructa.

14. *Anus* mox ante pinnam ani, capiti multo propior quam caudae.

15. *Linea Lateralis* ab operculis oriens, declivi ductu petit caudam; in ortu dorſo propior, dein per media percurrit latera.

16. *Color* in toto corpore albeſcens, qui in dorſo ſeptem lineis latis, transverſis, bruneis, mediam latitudinem nondum pertingentibus, varius; hiſce ſimillimae novem in abdomine conſpiciuntur lineolae, ad antecedentium linearum extremitates tendentes.

Comparavi ex Muſeo Sebae.

Arted. Gen. 25. Linn. Gen. 120.

SCOMBER.

Corpus oblongum, cathetoplateum.

Caput cathetoplateum.

Membrana Branchioſtega ſeptem utrinque oſſicula continet, quorum ſupremum ſub operculis branchiarum reconditum.

Pinnae octo. In *Dorſo* duae, vel etiam praeter has Plurimae, Parvulae, *Pinnulae* in extremo corpore verſus *Caudam*, quae bifurca.

80. SCOMBER linea laterali aculeata, pinna ani oſſiculorum triginta. *Arted. Gen.* 25. *n.* 3. *Synon. p.* 50. *n.* 3.

Scomber linea laterali curva, tabellis oſſeis loricata. *Gronov. act. ups.* 1742. *p.* 83. ibique deſcr.

Trachurus. *Boſſuet. epigr. p.* 74. *Bellon. aquat. p.* 180. *Dale hiſt. of Harw. p.* 131. *n.* 5.

Belgis *Marsbanker.*

Frequentiſſime in Mari Septentrionali cum Clupeis *p.* 5. *n.* 21. deſcriptis capitur.

81. SCOMBER pinnulis quinque in extremo dorſo polypterygio, ſpina brevi ad anum. *Arted. Gen.* 25. *n.* 1. *Synon. p.* 48. *n.* 1. *Spec. p.* 68. *Gronov. act. ups.* 1741. *p.* 69. *n.* 22.

Scomber radiis pinnarum pectoralium viginti, dorſalium duodecim. *Linn. faun. ſuec.* §. 287.

Scombrus, Mackerel, Trachurus. *Willug. icht. t. M.* 3.

Scomber. *Bellon. aquat. p.* 100. *Dale hiſt. of Harw. p.* 429. *n.* 1. *Merret. pin. p.* 187. *Dalei pharm. p.* 407. *n.* 20. §. 2.

Makril, *Makreel* Belgis.

Pinna Dorſi Prima oſſiculorum undecim ſimplicium.

Secunda totidem.

Pectorales duae, unica utrinque, dorſo propiores, oſſiculis octodecim.

Ventrales duae prope ad caput, oſſiculorum ſex ramoſorum, exceptis duobus prioribus ſimplicibus.

Pinna Ani mox poſt anum ſita; e regione pinnae dorſalis ſecundae orta, oſſiculorum duodecim ſimplicium, quorum duo priora aculeata.

Cauda bifurca.

Linea Lateralis parum curva, dorſo propior laevis.

Magna copia quotannis menſe Julio atque Auguſto in noſtra fora a Catvicenſibus adfertur.

82. SCOMBER linea laterali curva tabellis oſſeis loricata, corpore lato & tenui. *Gronov. act. ups.* 1744. *p.* 36. ibique deſcr.

Trachurus Braſilienſibus. *Raj. ſynops. piſc. p.* 93. *n.* 10.

Guara Tereba Braſilienſium, & Corcovado minor. *Marcgr. hiſt. braſ. l.* 4. *c.* 15.

Scomber linea lateralis aculeata pinna ani oſſiculorum viginti. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

Guara Tereba Braſilienſibus. *Jonſt. icht. p.* 136. *t.* 35. *f.* 4. *Willugb. icht. p.* 241. *t. S.* 18. *f.* 1.

Salkotoe. *Valent. piſc. amb. n.* 45.?

In Mari Atlantico frequens.

MYSTUS.

Corpus cathetoplateum, oblongum, alepidotum.

Caput declive, inerme. *Os* cirroſum.

Membrana Branchioſtega oſſiculorum quatuor utrinque.

Pinnae octo. In *Dorſo* duae, quarum *Poſterior* omnino adipoſa.

83. MYSTUS cirris ſex longiſſimis; pinna dorſi ſecunda longiſſima a priore ad caudam extenſa.

Myſtus cirris ſex longiſſimis, appendice dorſi a pinna ad caudam extenſa. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, alepidotum; ad pinnas pectorales craſſiſſimum, fere trigonum, a quibus ſenſim anguſtius evadit ad caudam usque.

2. *Caput* corporis latitudinem aequans, ad branchias cathetoplateum; a dorſo admodum declive, inerme.

3. *Os*

3. *Os* in apice capitis ſitum, obtuſum, ſemilunare; *Rictus* anguſtus.

4. *Maxilla Inferior* ſuperiore parum brevior.

5. *Cirri* in univerſum ſex, quorum *Duo* praelongi in maxillae ſuperioris margine ante oculos ſiti; in maxilla praeterea inferiore *Quatuor* adhuc conſpiciuntur, prioribus multo minores; Horum utrinque exteriores ſunt majores, interiores minores.

6. *Dentes* in utrisque maxillis, minimi, conferti, vix ſenſibiles.

7. *Nares* unico foramine utrinque praeditae, a parte anteriore cirrorum maximorum (§. 5) ſitae.

8. *Oculi* in ſummis lateribus capitis ſiti, prominentes, convexi, ſatis magni, cute capitis communi tecti.

9. *Opercula Branchiarum* ſatis aperta.

10. *Membrana Branchioſtega* oſſiculis utrinque quatuor inſtructa, quorum duo ſuperiora latiſſima ſub operculis latent.

11. *Dorſum* in aciem contractum, anguſtum, elevatum, dipterygium.

12. *Latera* ad pinnam dorſi primam latiſſima, verſus caudam anguſtiſſima.

13. *Pectus* & *Venter* rotundo-plana, latiſſima ad pinnas pectorales; ante anum vero multo contractius eſt *Abdomen*.

14. *Squamae* in toto corpore nullae, verum *Cutis* alepidota laxa corpus ambit.

15. *Linea Lateralis* admodum conſpicua, mox ſupra Branchiarum Opercula orta, parum verſus pinnas ventrales declinans, inde recta corpus percurrit; in ortu dorſo eſt proxima, dein in mediis lateribus.

16. *Pinnae* in toto piſce octo; nimirum duae Dorſales, totidemque Ventrales, & Pectorales, unica Ani & Caudae.

17. *Pinna Dorſi Prior* in ſummo dorſo parum a capite diſſita, oſſiculorum ſeptem tenuium, ramoſorum, primo excepto ſimplici aculeato.

18. *Pinna Dorſi Poſterior* admodum humilis, mox poſt pinnam anteriorem dorſalem orta, ad caudam ferme usque extenſa, nullis oſſiculis vel cartilagineis vel oſſeis inſtructa, ſed adipoſa.

19. *Pinnae Pectorales* duae, unica utrinque, mox poſt opercula branchiarum in infimis lateribus ſitae, oſſiculis ſuffultae novem ramoſis & inermibus, excepto primo ſimplici, craſſiſſimo, acutiſſimo, in lateribus uncinulis armato; quemadmodum in Aspredine deſcripſi *pag.* 8. *n.* 26. §. 18.

20. *Ventrales Pinnae* duae, in lateribus ventris mox ante anum ſitae, oſſiculorum ſex ramoſorum, excepto primo ſimplici, etiam inermi.

21. *Pinna Ani* medio fere, inter anum & caudam ſita, parva, oſſiculorum undecim inermium, ramoſorum, primis duobus exceptis ſimplicibus, etiam inermibus.

22. *Cauda* admodum bifurca, oſſiculorum novendecim ſubramoſorum.

23. *Locus* Braſilia, atque Surinama, ubi in fluviis habitat.

84. MYSTUS cirris ſex longiſſimis, pinna dorſi ſecunda triangulari.

Myſtus cirris ſex longiſſimis; appendice triangulari in extremo dorſo. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

Figurâ *Corporis Pinnarumque* numero convenit cum Superiore; verum ab eo differt

Pinnâ Dorſi Primâ octo oſſiculorum, quorum duo priora ſimplicia, aculeata; caetera vero ſunt inermia & ramoſa; oſſiculum ſecundum poſtice unculis armatum eſt.

Pinna Dorſi Secunda ſatis magna, triangularis, adipoſa, inter Pinnam Dorſi Primam atque Caudam ſita.

Cauda admodum bifurca, oſſiculis ſubramoſis . . . inſtructa; Hujus Pars Superior Inferiore parum longior.

Vivit cum Superiore.

Arted. Gen. 26. Linn. Gen. 116.

MUGIL.

Corpus oblongum, craſſum, cathetoplateum.

Caput anterius plagioplateum, omnino ſquamoſum; *Oſſiculo* utrinque infra nares, inferiore ſui parte denticulis ſerrato inſtructum. *Dentes* in lingua & palato, parvi.

Membrana Branchiostega oſſicula ſex curva utrinque continet.

Pinnae octo. In *Dorſo* duae.

85. MUGIL. *Arted. Gen.* 26. *n.* 1. *Synon. p.* 52. *n.* 1. *Spec. p.* 71. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 21. *Franz. anim. ſacr. p.* 451. *Dale hiſt. of Harw. p.* 430. *n.* 1. *Dale pharm. p.* 408. *n.* 24.

Mugilis Salviani, a Mullet. *Willugb. ichth. t. R.* 3.

Apud Nos non admodum frequens; licet Mare Septentrionale eum alat.

Arted. Gen. 27. Linn. Gen. 112.

LABRUS.

Corpus cathetoplateum, varium, ſquamis amplis mollibus tectum.

Caput cathetoplateum. *Dentes* in maxillis, & faucibus. *Labia* craſſa ac carnoſa dentes tegentia.

Membrana Branchioſtega oſſiculis utrinque ſex inſtructa: in Minoribus quinque tantum numerantur.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica. *Cauda* plerumque indiviſa.

86. LABRUS maxilla inferiore longiore, cauda in extremo rotunda.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, tenue, latum, macrolepidotum, laeve.

2. *Caput* a dorſo declive, cathetoplateum, laeve.

3. *Muxilla Inferior* ſuperiore parum longior.

4. *Dentes* in utrisque maxillis *Labiis* carnoſis latis tecti, magni, quorum anteriores quatuor in utrisque maxillis maximi ſunt.

5. *Nares* in ſuprema capitis parte, longe a ſe diſtantes, oculis proximae, unico foramine utrinque praeditae.

6. *Oculi* in ſummis lateribus, tunica propria praediti, rotundi, *Iride* argentea, & *Pupilla* coerulea cingente inſtructi.

7. *Opercula Branchiarum* laevia, ſupra pinnas pectorales in acumen exeuntia.

8. *Membrana Branchioſtega* oſſiculorum utrinque quinque.

9. *Dorſum* anguſtum parum convexum, monopterygium.

10. *Latera* convexo-plana, mediocriter lata.

11. *Venter* anguſtus, planus.

12. *Linea Lateralis* ab exortu operculorum incipiens, per latera decurrit ad finem pinnae dorſi usque, cui parallela & proxima eſt, deinde oblique deſcendit ad media usque latera, unde recta petit medium caudae.

13. *Squamae* molles, laeves, grandes, imbricatim ſitae.

14. *Pinna Dorſi* per longitudinem fere dorſi extenſa, oſſiculorum viginti unius, quorum novem anteriora ſunt ſimplicia, rigida, & aculeata; reliqua vero mollia & ramoſa.

15. *Pectorales* duae, utrinque unica, mox poſt opercula ſitae, in mediis fere lateribus, oſſiculorum quatuordecim ramoſorum, excepto primo ſimplici inermi.

16. *Pinnae Ventrales* duae, in infimo ventre juxta ſe invicem ſitae, mox ſub pinnis pectoralibus, oſſiculorum ſex ramoſorum, primo excepto ſimplici.

17. *Pinna Ani* ab ano ad caudam fere extenſa, oſſiculorum quindecim ramoſorum, & inermium, exceptis duobus prioribus ſimplicibus aculeatis.

18. *Cauda* ſubrotunda.

Ex Muſeo Sebae comparavi.

87. LABRUS bruneus, albo nigroque varius, maxillis aequalibus, cauda ſubrotunda, oſſiculo ſecundo pinnarum ventralium ſetiformi.

1. *Corpus* & *Caput* cathetoplatea, craſſa, lata & brevia.

2. *Squamae* magnae, laeves, ſplendidae, totum corpus, caput, opercula, pinnarumque radices tegentes.

3. *Membrana Branchioſtega* oſſicula utrinque quinque continet.

4. *Pinna Dorſalis* e regione pinnarum pectoralium orta, ad caudam extenditur, ſuffulta oſſiculis viginti quinque, quorum quindecim anteriora aculeata & rigida; reliqua autem prioribus longiora inermia ſunt. Oſſiculum vigeſimum in longum filum extenditur.

5. *Pectorales Pinnae* duae, utrinque unica, in lateribus ſitae, magnae, oſſiculis quindecim ramoſis, primo excepto ſimplici, inſtructae.

6. *Ventrales Pinnae* duae, in infimo ventre, ſibi approximatae, oſſiculis ſex, ultra mediam partem ramoſis, & inermibus, excepto primo ſimplici aculeato, ſuffultae. Oſſiculum ſecundum in tenue filum ſat inſigne elongatur.

7. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, ad caudam fere usque extenſa & oſſiculis ſuffulta duodecim inermibus & ramoſis, exceptis quatuor prioribus ſimplicibus, aculeatis.

8. *Cauda* ſubrotunda, oſſiculis octodecim ramoſis inſtructa.

9. *Linea Lateralis* ex duabus partibus conſtat; *Prima* ab oculis adſcendit, curvoque ductu procurrit ad regionem oſſiculo decimo ſeptimo pinnae dorſalis parallelam, ubi deſinit. *Altera Pars* e regione dicti oſſiculi oritur in mediis lateribus, recta petens caudam.

10. *Color* corporis univerſi bruneus. In mediis lateribus ad operculorum fines exſtat linea nigricans cum macula picea: Praeterea conſpicuae ſunt novem aut decem lineae, ex maculis tum nigris, tum albis confectae utrinque extenſae: Cauda autem, Partes Posteriores Pinnarum Dorſi ac Ani nigris transverſalibusque lineolis ſunt inſignitae.

11. Inhabitat Surinamae Flumina.

Arted.

Arted. Gen. 28. Linn. Gen. 111.

SPARUS.

Corpus cathetoplateum.

Caput cathetoplateum. *Dentes* in maxillis & faucibus, *Labiis* tecti. *Opercula Branchiarum* ſquamoſa.

Membrana Branchioſtega oſſiculorum quinque vel ſex utrinque.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica. *Cauda* plerumque bifurca.

88. SPARUS lineis longitudinalibus luteis varius, aculeis undecim in pinna dorſali.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, latum, tenue, ſquamoſum.

2. *Caput* a dorſo ſuperne admodum declive, convexum, cathetoplateum, in lateribus planum.

3. *Os* in apice capitis, ſatis magnum, transverſum, cujus *Rictus* ingens & latitudinem capitis quodammodo aequans.

4. *Maxilla Inferior* ante Superiorem multo prominet.

5. *Dentium* multae ſeries in utrisque maxillis & palato, qui adeo ſunt exiles, ut viſum fere fugiant.

6. *Lingua* glabra, cartilaginea, longa, mobilis, acuta.

7. *Nares* mox ante oculos in lateribus ſitae, utrinque unico foramine inſtructae.

8. *Oculi* ſatis magni, in lateribus capitis, tunica propria inſtructi.

9. *Opercula Branchiarum* magna, poſtice in acumen ſupra pinnas pectorales extenſum abeuntia, ſquamis contecta.

10. *Membrana Branchioſtega* oſſiculorum ſex utrinque, diſtinctorum.

11. *Squamae* parvae, imbricatim ſitae, laeves, totum Corpus, Caput, & Opercula tegentes.

12. *Anus* in medio fere corpore.

13. *Venter* anguſtus, planus, poſt anum in acumen contractus.

14. *Linea Lateralis* curva, dorſo proxima, eique parallela, a capite ad caudam percurrit.

15. *Dorſum* admodum convexum, in acumen contractum.

16. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

17. *Pinna Dorſalis* unica per totum dorſum extenſa, officulorum viginti ſex, quorum undecim anteriora breviora, ſimplicia, rigida & aculeata; reliqua vero poſteriora ſunt mollia, flexilia & ramoſa.

18. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, in lateribus horizontaliter poſt opercula ſitae, ovatae, oſſiculis tredecim ramoſis inſtructae.

19. *Pinnae Ventrales* duae juxta ſe invicem ſitae, medio inter pinnas pectorales & anum, figurae ſunt ovatae, & oſſiculis inſtructae ſex ſubramoſis, primo excepto rigido & aculeato.

20. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, oſſiculis ſuffulta undecim, quorum tria anteriora ſunt minima, craſſiſſima, rigida, & aculeata.

21. *Cauda* mediocris, aequalis, oſſiculis ramoſis octodecim ſuffulta.

22. *Color* albidus, luteis lineolis irregulariter per longitudinem pictis varius.

Ex Muſeo Sebae comparavi.

89. SPARUS faſciis quinque transverſis, ſubfuscis. *Balk. Mus. Princ. n.* 44.

1. *Corpus* cathetoplateum, craſſum, longitudine latitudinem duplam ſuperans, *Squamis* magnis imbricatim ſitis, albido-fuſcis veſtitum, quinque *Faſciis* ſubfuſcis cinctum, quarum *Prima* occupat caput, *Secunda* initium pinnae dorſalis, *Tertia* partem ejuſdem pinnae mediam, *Quarta* eſt ad ejus finem, & *Quinta* baſin caudae cingit.

2. *Caput* obtuſum, latitudinem mediam corporis aequans.

3. *Maxilla Inferior* ante ſuperiorem parum prominet.

4. *Dentes* in utriſque maxillis, acuti, unico ordine ſiti, ſibi aequales, *Labiis* tecti: Dantur & Oſſicula denticulis conſperſa ſuperne atque inferne in faucibus.

5. *Palatum* & *Lingua* glabra.

6. *Oculi* magni, in lateribus capitis ſiti, cute propria laxa tecti.

7. *Nares* unico foramine utrinque inſtructae, mox ante oculos ſitae.

8. *Dorſum* a capite parum aſſurgens, in aciem contractum, anguſtum.

9. *Linea Lateralis* curva, dorſo proxima, ad finem uſque pinnae dorſalis tantum decurrit, non vero ad caudam.

10. *Venter* parum planus.

11. *Opercula Branchiarum* ſquamoſa.

12. *Membrana Branchioſtega* continet utrinque ſex oſſicula.

13. *Pinnae* in toto piſce ſeptem; ſcilicet in Dorſo unica, in Pectore duae, in Ventre totidem, ad Anum unica, & ad Caudam totidem.

14. *Pinna Dorſalis* e regione pinnae ani orta, longe per dorſum percurrit, oſſiculis inſtructa viginti ſex, quorum anteriora tredecim aculeata, & rigida, caudam verſus flexa, membrana ſatis craſſa connexa; His reliqua adnectuntur, quae prioribus longiora ſunt, ſed inermia & ramoſa.

15. *Pinnae Pectorales* in lateribus poſt branchiarum aperturas ſitae, utrinque unica, ventri propiores, óblique poſitae, magnae, oſſiculis inſtructae ſeptendecim dichotomis, excepto primo ſimplici brevisſimo.

16. *Pinnae Ventrales* pectoralibus proximae, in ventre ſitae, ſibi approximatae, medio inter anum & opercula branchiarum; parvae oſſiculis inſtructae ſex ramoſis, excepto primo ſimplici, rigido & aculeato.

17. *Pinna Ani* mox poſt anum incipiens ad eandem diſtantiam procurrit ac Pinna Dorſalis, oſſiculorum quatuordecim, quorum primum minimum rigidum & aculeatum, ſecundum quinquies priore longius eique ſimile, reliqua vero ſunt ramoſa, inermia & flexilia.

18. *Pinna Caudae* admodum bifida, oſſiculorum octodecim ramoſorum.

19. *Squamae* non tantum corpus, opercula, caput, ſed & pinnarum dorſi anique radices tegunt.

90. SPARUS dorſo acutiſſimo, linea arcuata aurea inter oculos. *Arted. Gen. 28. n. 1, Synon. p. 63. n. 14.*

Pinna Dorſi oſſiculorum viginti trium, quorum duodecim anteriora ſimplicia & aculeata; poſteriora vero inermia.

Pinnae Pectorales oſſiculis ſexdecim.

Ventrales Pinnae in medio ventre ſitae, pectoralibus proximae, oſſiculorum ſex ramoſorum, excepto primo ſimplici, aculeato.

Pinna Ani oſſiculorum novem ramoſorum, inermium & trium aculeatorum.

Cauda bifurca oſſiculorum viginti.

Linea Lateralis dorſo proxima.

Membrana Branchioſtega oſſiculorum quinque.

Captus Schevelingae.

Arted. Gen. 29. Linn. Gen. 110.

SCIAENA.

Corpus cathetoplateum, latum.

Caput cathetoplateum, omnino ſquamoſum. *Operculorum Lamina* una ad marginem ſerrata.

Dentes in maxillis & faucibus.

Membrana Branchioſtega oſſiculorum. . . .

Pinnae octo. In *Dorſo* unica, ſed bifidae ſimilis, nempe ad baſin uſque in medio diviſa.

Cauda in extremo aequalis.

91. SCIAENA lineis obliquis lacteis in utroque latere.

Jordain ſ. Jordain vis. *Valent. piſc. amb. f 6. n. 6.*

1. *Corpus* cathetoplateum, latum, breve, craſſum.

2. *Caput* cathetoplateum, ab oculis ad os valde declive, latum, breve, corpore anguſtius.

3. *Os* mediocre, cujus

4. *Rictus* quadrato-rotundus, latitudine capitis minor.

5. *Dentes* in Maxillis & Faucibus: Lingua & Palato glabris. *Dentes Maxillarum* ſatis magni, acuti, incurvati apice introrſum ſpectante, aequales, unico ordine in marginibus maxillarum diſpoſiti.

Fauces ſuperne armantur duobus *Oſſiculis* oblongo-rotundis, denticulis perparvis conſuſaneis exasperatis, quibus correſpondet inferne unicum *Os*, ſemilunare, durum, albidum denticulis minimis & acutisſimis inſtructum.

6. *Labia* dentes tegentia, craſſa, mobilia.

7. *Nares* unico foramine aperto & quadrato utrinque praeditae, mox ante oculos ſitae.

8. *Foramina* ſeptem minora in anteriore capitis parte; ſcilicet, 1° unum inter oculos & nares; 2° duo ſupra oculos; 3° quatuor ſupra ſe invicem in fronte pone oculos.

9. *Oculi* convexi, rotundi, in latere & ſuperiore capitis parte ſiti, longe a ſe invicem diſiti, ſatis magni, tunica propria tecti.

10. *Pupilla* oblongo-rotunda, coeruleo colore tincta atque

11. *Iride* albida circumdata.

12. *Orbitae Oculorum* oſſeae, figuris variis inſculptis ornatae.

13. *Opercula Branchiarum* aculeata, ad baſin ſquamis tecta.

14. *Membrana Branchioſtega* oſſicula quinque utrinque continens.

15. *Branchiae* utrinque quatuor curvatae, ab interiore arcuum parte duplici ordine apophyſibus armatae.

16. *Dorſum* in aciem contractum, parum aſſurgens ad initium usque pinnae dorſalis; inde declive ad caudam usque.

17. *Latera* parum convexa, lata.

18. *Pectus*

18. *Pectus* & *Venter* depreſſa; Poſterior vero Ventris pars poſt anum in angulum ſubacutum contrahitur.

19. *Anus* in medio fere corpore, mox ante pinnam ani.

20. *Pinnae* in toto corpore octo; ſcilicet unica Dorſalis, duae Pectorales, totidemque Ventrales, unica Ani, & Caudae.

21. *Pinna Dorſi* unica, e regione Pinnarum Ventralium orta, ſeque extendens fere ad caudam usque, ſuffulta officulis decem aculeatis, & totidem inermibus ac ſimplicibus; Inter officula aculeata & inermia, deliquium patitur haec pinna, ita ut duplex videatur.

22. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, oblique ſitae poſt branchiarum opercula, oblongo-rotundae, officulis .... inermibus & ramoſis inſtructae.

23. *Pinnae Ventrales* duae, unica utrinque, ſibi approximatae, oblongae, ſex officulis inſtructae, quorum primum aculeatum, craſſum; reliqua vero ſubramoſa, inermia, brevia, & membrana brunea circumdata.

24. *Pinna Ani* unica, poſt anum ſita, officulorum quindecim, quorum primum officulum rigidum & aculeatum, uti & ſecundum, quod priore longius; caetera vero officula longiora evadunt, at ſimplicia mollia atque inermia.

25. *Cauda* in extremo rotunda, officulis inſtructa ſexdecim ramoſis.

26. *Squamae* pellucidae, imbricatim ſitae, parvae, ab extrema parte rotundae, & parvis circinnis inſtructae, hinc ad tactum asperae; ab altera parte, qua cuti inhaerent, rectilineae.

27. *Linea Lateralis* dorſo proxima, non tota latera percurrit, ſed ab operculis, ubi oritur, obliquo curvatoque ductu tendit ad regionem, in qua pinna dorſalis finem capit.

28. *Color* totius piſcis rubro-bruneus, in ventre parum albidior, duabus zonis latis lactei-coloris pictus, quarum *una* Occiput & Branchiarum Opercula tegit; *altera* vero oblique deſcendens ex deliquio pinnae dorſalis ad anum usque ſe extendit.

29. *Vertebrae* 27; *Coſtae* utrinque 9.

30. *Longitudo* tota trium unciarum.

31. In Amboina habitat.

Hujus Speciei datur Varietas, quae tantum conſistit in Colore atque in Pinna Dorſali; ſcilicet,

1°. *Color* bruneus magis in nigredinem vergit.

2°. *Pinna Dorſi* inſtructa eſt viginti ſex oſſiculis, quorum anteriora decem ſunt aculeata, poſteriora ſexdecim ramoſa.

3°. *Lineae* in corpore exſtant tres albidae; ſcilicet *unica* in capite, *altera* ad deliquium pinnae dorſalis, & *tertia* mox ante caudam.

Caeterum cum mox praecedente optime convenit.

92. SCIAENA maxilla ſuperiore longiore, cirris carens.

1. *Figura Corporis, Capitis, Pinnarumque* cum Umbra a *Willugb. icht. t. S.* 19. depicta, omnino convenit.

2. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, anguſtum.

3. *Caput* cathetoplateum, latitudinem medii corporis aequans, ſatis magnum, ſuperne convexum, a dorſo in roſtrum declive, ſquamoſum.

4. *Roſtrum* ante maxillam ſuperiorem parum prominens, rotundum, a reliquo corpore non diſtinctum, convexum, craſſum, laeve, ſquamoſum.

5. *Nares* in ſummis lateribus mox ante oculos ſitae, duobus foraminibus utrinque praeditae.

6. *Oculi* oblongo-rotundi, magni, longitudinaliter in utrisque lateribus capitis ſiti, roſtro quam operculis propiores; tunica propria inſtructi.

7. *Pupilla* oblongo-rotunda, parum oblique ſita; nigra, & *Iride* aurea cincta.

8. *Os* admodum anguſtum, in apice capitis ſitum.

9. *Maxillae* inaequales, ſatis craſſae; quarum inferior ſuperiore multo brevior & anguſtior; denticulis minimis vix ſenſibilibus inſtructae.

10. *Opercula Branchiarum* lata, ſquamoſa, quorum lamina media ad marginem inferiorem dentata.

11. *Membrana Branchioſtega* officula utrinque continet quatuor, quorum ſupremum operculis adnexum latiſſimum; reliqua vero ſunt priore longiora, curvata ac tenuia.

12. *Dorſum* admodum contractum & tenue, a capite ad pinnam usque dorſalem aſſurgit, unde curvo ductu petit caudam.

13. *Pectus* & *Venter* lata, plana & recta ad anum uſque, ubi abdomen parumper adſcendit ad finem usque pinnae ani, & inde iterum rectum procedit ad caudam.

14. *Linea Lateralis* admodum conſpicua, curvato ductu ab operculis ad caudam extenſa, dorſo proxima, cui & parallela.

15. *Squamae* parvae, a parte poſteriore ſcabrae, ſplendentes, imbricatim ſitae, non tantum latera, dorſum, pectus, ſed & totum caput ad roſtrum uſque omnino tegunt.

16. *Pinna Dorſi* unica, per totum dorſum extenſa, & e regione pinnarum ventralium orta, officulorum triginta ſex, quorum anteriora decem ſunt ſimplicia & aculeata; reliqua vero poſteriora viginti ſex ſunt ramoſa, inermia & laevia: Inter haec officula ramoſa & ſimplicia pinna ad dorſum ſere usque inciſa eſt; ita ut duplex videatur.

17. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, in lateribus mox poſt opercula horizontaliter ſitae, magnae, officulorum ſexdecim inermium, ramoſorum.

18. *Pinnae Ventrales* duae, in infimo ventre ſitae, pinnis pectoralibus quam ano propiores, ſibi approximatae,

matae, officulorum quinque ſubramoſorum & ſimplicium; primo excepto rigido, aculeato & craſſiſſimo.

19. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, parva, officulorum ſex ramoſorum & inermium, priore excepto aculeato, rigido & robuſtiſſimo.

20. *Cauda* magna, ſubrotunda, officulis ramoſis inſtructa.

21. *Color* Corporis parumper rubeſcens, & fulgore coeruleo & argenteo ſplendens: Pinnae albeſcunt.

22. Locus natalis Surinamae fluvius eſt.

HOLOCENTRUS. *

Corpus cathetoplateum, latum, ſquamis acutiſſimis tectum.

Caput cathetoplateum, aculateum. *Opercula Branchiarum* ſquamoſa. *Dentes* in maxillis, palato & faucibus.

Membrana Branchioſtega officulorum utrinque ſex.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica, in medio ad fundum fere diviſa. *Ventrales* officulorum octo. *Cauda* biſurca, ad latera aculeis inſtructa.

93. HOLOCENTRUS. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* & *Caput* cathetoplatea.

2. *Caput* inter oculos parum excavatum, ſuperne ad dorſi initium convexum ac inde in maxillas admodum declive, in lateribus valde aculeatum: Margines enim lamellarum caput, ejuſque latera tegentium, in aculeos contiguos, rigidos deſinunt. Harum lateralium Branchiarum Opercula conſtituentium *Media Lamella* unum, & *Ultima* duos gerit aculeos, magnos, inſignes & caeteris robuſtiores.

3. *Corpus* latum, ex argenteo album, cui tamen aliquid auri, in adultioribus imprimis admixtum eſt; & praeterea in utroque, convexo latere ſeptem vel decem lineae rubidiores longitudinaliter extenduntur.

4. *Orbitae Oculorum* admodum magnae, in lateribus capitis.

5. *Oculi* tunica propria contecti, magni, rotundi.

6. *Os* mediocre.

7. *Maxillae* aequales ore clauſo; aperto Inferior multo brevior.

8. *Denticuli* ſeu potius tubercula ſcabra in maxillis, palato & faucibus.

9. *Apertura Branchiarum* utrinque ſatis ampla.

10. *Membrana Branchioſtega* officulorum ſex utrinque, validorum.

11. *Squamae* ampliſſimae, duriſſimae, ſplendentes pulchraeque, parte poſtica aculeis haud exiguis contiguiſque ſerratae, imbricatim ſitae, corpus, opercula, & radices pinnarum dorſi atque ani contegentes.

12. *Dorſum* convexum, acutiuſculum, ſulco profundo pinnae dorſalis partem aculeatam recipiente inſtructum.

13. *Venter* latiuſculus.

14. *Pinnae* in toto piſce ſeptem; ſcilicet unica Dorſalis, duae Pectorales, totidemque Ventrales, unica Ani & Cauda.

15. *Pinna Dorſalis* haud longe poſt caput ex ſulco (§. 12.) reſurgens per totam dorſi convexitatem ſe extendens, ſuffulta officulis undecim rigidis, craſſis, acutiſque, membrana ſatis valida inter ſe connexis, & macula rotunda picea ad apices trium priorum officulorum ornata; poſt haec officula rigida ſequuntur duodecim oſſicula mollia & ramoſa. Inter haec oſſicula aculeata atque inermia deliquium patitur pinna ad baſin ferme uſque, ita ut duplex appareat.

16. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque in lateribus unica, poſt opercula oblique ſitae, mediocres, oſſiculis inſtructae quatuordecim, quorum ſuperius minimum, aculeatum, ſimplex; reliqua vero ramoſa & inermia.

17. *Pinnae Ventrales* ſibi admodum vicinae, in imo ventre ſitae, operculis quam ano propiores, ſuffultae officulis octo, (a) quorum primum ſatis longum, rigidum & aculeatum, reliqua vero ſunt mollia, inermia atque ramoſa.

18. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita officulorum duodecim, quorum tria priora aculeata, reliqua mollia & ramoſa; *Aculeus primus* robuſtus, breviſſimus duarum linearum longitudinem, & unius latitudinem ad baſin aequat, *ſecundus* omnium aculeorum longiſſimus & craſſiſſimus poſtica parte ſulco exaratus, 7 linearum longitudine & $1\frac{1}{2}$ latitudine ad baſin capit, *tertius* vero aculeorum tenerrimus vix 1 lineam latitudine & 4 longitudine aequat.

19. *Cauda* admodum bifurca, officulis inſtructa novendecim inermibus mollibus & ramoſis, verum quod rarum eſt, & in pauciſſimis obſervatur, adſunt utrinque ad Latera Caudae (b) quatuor vel quinque *Aculei* acuti & breves.

20. *Linea Lateralis* parum conſpicua, arcuata, dorſo parallela, eique proxima, per tota latera ad caudam uſque utrinque procedit.

21. *Hepar* in duos lobos diviſum, quorum ſiniſter multo major.

22. *Ventriculus* mediocris.

23. *Intes-*

* *HOLOCENTRI* vocabulum conflavit Celeb. Artedius ex verbis ὅλος *totus* & κέντρον *aculeus*, quia omnes ejus partes externae ſcil. Caput, Pinnae, Squamae, imo & ipſa Cauda aculeata ſunt.

(a) *Numerus octenarius officulorum* in pinnis ventralibus prorſus incognitus eſt in Acanthopterygiis, hinc probe obſervandus.

(b) Per *Latera Caudae* hic intelligi volo partem ſupinam atque imam caudae, ſeu Dorſalem & Ventralem, non vero latera plana piſcis.

23. *Inteſtinum* ſemel reflexum.
24. *Appendices* aliquot craſſiuſculae ad Pylorum.
25. *Veſica Aerea* maxima, ſpinae dorſi affixa.
26. *Coſtae* utrinque 9.
27. Longitudo tota a roſtro uſque
ad initium caudae —— : — 3 — 9
ad finem caudae —— : — 4 — 6
ad pinnam ani —— : — 2 — 9
ad ejus finem — — : — 3 — 4
ad pinnam dorſi — : — 1 — 7
ad ejus finem — — : — 3 — 3
ad anum —— —— : — 2 — 8
ad pinnas ventrales — : — 1 — 5
ad earum finem — — ; — 2 — 4
ad officula inermia pinnae dorſi —— —— : — 2 — 8
ad pinnas pectoris — : — 1 — 5
ad earum finem — — : — 2 — 2
ad opercula branchiarum : — 1 — 4
ad fines orbitarum oculorum — — —— : — 1 — :
ad earum initium — : — : — 5
ad nares — — — : — : — 4
ad angulos oris —— : — : — 5
28. Altitudo perpendicularis
ad nares —— —— : — : — 5
ad oculorum medium — : — : — 8
ad fines operculorum — : — 1 — :
ad pinnas pectorales — : — 1 — 1
ad pinnas ventris —— : — 1 — 2
ad initium pinnae ani — : — 1 — :
ad ejus finem — — : — : — 5
ad caudam — — : — 1 — 3
ad eam extenſam — : — 2 — :
29. Latitudo transverſalis
ad os — — — : — : — 3
ad pinnas ventrales — : — : — 5
ad caudam —— —— : — : — 2

Arted. Gen. 30. Linn. Gen. 127.

PERCA.

Corpus cathetoplateum, oblongum, craſſum, ſquamis duris & aſperis tectum.
Caput cathetoplateum. *Lamina Superior* Operculorum Branchiarum in ambitu ſerrata.
Membrana Branchioſtega officula ſeptem utrinque continet.
Pinnae ſeptem vel octo. In *Dorſo* unica vel duae.

§. 1.

Dorſo monopterygio.

94. PERCA dorſo monopterygio, capite cavernoſo. *Arted. Gen.* 30. *n.* 4. *Synon. p.* 68. *n.* 4. *Gronov. act. upſ.* 1741. *n.* 20.

Perca pinnis dorſalibus coadunatis, radiis viginti ſeptem, aculeatis quindecim. *Linn. faun. ſuec.* §. 286.
Perca ſecunda. *Marſil. Danub. tom.* 4. *t.* 23. *f.* 2.
Aſpredo, Cernua offic. *Dale pharm. p.* 411. *n.* 37.
Inhabitat magna ſatis copia apud Nos in fluminibus, vocaturque *Poſt.*

Pinna Dorſi officulis inſtructa quindecim ſimplicibus, aculeatis & tredecim inermibus; *Pinnae Ventrales* officulorum ſex; *Ani Pinna* officulis ſuffulta duobus ſimplicibus aculeatis, & quinque inermibus; *Cauda* officulorum ſexdecim.

§. 2.

Dorſo dipterygio.

95. PERCA radiis pinnae dorſalis ſecundae tredecim, ani quatuordecim. *Arted. Gen.* 30. *n.* 7. *Synon. p.* 69. *n.* 7.

Lupus, λάβραξ, Zee Snoek. *Junio Nomencl.*
Perca pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecunda radiorum quatuordecim. *Gronov. act. ups.* 1744. *p.* 39. *t.* 4. ibique deſcr. & icon.
Rariſſime apud nos in Mari Septentrionali obvius.

96. PERCA lineis utrinque ſex transverſis nigris, pinnis ventralibus rubris. *Arted. Gen.* 30. *n.* 1. *Synon. p.* 66. *n.* 1. *Spec. p.* 74. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 19.

Perca pinnis dorſalibus diſtinctis, ſecunda radiis ſexdecim. *Linn. faun. ſuec.* §. 284.

Perca prima. *Marſil. Danub. tom.* 4. *p.* 65. *t.* 23. *f.* 1.

Perca. *Blas. anat. p.* 284. *t.* 52. *f.* 15. *Merret. pin.* 190. *Dale hiſt. of Harw. p.* 431. *n.* 6. *Dale pharm. p.* 408. *n.* 23.

Pinna Dorſi Prima officulis ſuffulta eſt quatuordecim. *Secunda* totidem; *Pectorales* tredecim; *Ventrales* ſex; *Ani* undecim; *Cauda* bifurca, officulorum ſeptendecim.

Lineae tranſverſales ſex in utroque latere, nigrae.

Datur varietas, cujus *Pinna Dorſi Prima* ſuffulta eſt officulis quatuordecim; *Secunda* undecim; *Pectorales* tredecim; *Ventrales* ſex; *Ani* decem.

Lineae octo transverſales nigrae in utroque latere.

Prima varietas frequentiſſime apud Nos in fluviis lacubuſque, & vocatur *Baars*.

Arted. Gen. 31. Linn. Gen. 126.

TRACHINUS.

Corpus cathetoplateum, oblongum, gracile.

Caput cathetoplateum, aſperis tuberculis ac aculeo unico vel pluribus ad ſuperiorem Operculorum angulum munitum. *Oculi* ſibi vicini in capitis ſuprema parte.

Membrana Branchioſtega oſſicula ſex utrinque continet.

Pinnae octo. In *Dorſo* duae, quarum *Anterior* minor aculeata.

97. TRACHINUS maxilla inferiore longiore, cirris deſtituta. *Arted. Gen.* 31. *n.* 1. *Synon. p.* 70. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 18. *Gronov. act. ups.* 1742. *p.* 95. *Linn. faun. ſuec.* §. 282. *Linn. It. Weſtrog. p.* 175.

Draco marinus. *Jacob. Mus. Reg.* §. 15. *de piſc. Mathiol. in Dioſc. l.* 2. *c.* 12. *p.* 286. *Dale pharm. p.* 409. *n.* 28.

Caryſtion ſimplici galea in unicam cuſpidem retrorſum exeunte utrinque, cirris carens. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 46. *n.* 9.

Pinna Dorſi Pinna officulis ſuffulta ſex aculeatis & rigidis; *Secunda* triginta inermibus; *Ventrales Pinnae* ſex; *Pectorales* quindecim vel ſexdecim; *Ani Pinna* triginta vel triginta quatuor.

Hujus exſtat Varietas quinque unciarum longitudinem vix ſuperans, cujus *Pinna Dorſalis Prima* inſtructa eſt ſex officulis; *Secunda* viginti, viginti duobus aut viginti quatuor; *Ventrales Pinnae* ſex; *Pectorales* quatuordecim; *Ani Pinna* viginti quinque; *Cauda* quindecim.

Ingentem hujus piſcis copiam quotannis noſtri maritimi in fora afferunt, venduntque ſub nomine *Pieterman* ſeu *Viri Petri piſcis*.

Arted. Gen. 32. Linn. Gen. 119.

TRIGLA.

Corpus oblongum, cathetoplateum, a capite ſenſim in caudam anguſtiſſimam attenuatum.

Caput a ſummo vertice ad os admodum declive, grande, fere quadratum, plerumque aculeatum. *Oculi* in ſummo capite ſiti.

Membrana Branchioſtega officula utrinque ſeptem continet.

Pinnae octo. In *Dorſo* duae. *Pectorales* in quibuſdam ſpeciebus ampliſſimae. *Appendices* duae vel tres articulatae in nonnullis ſpeciminibus, pinnis pectoralibus ſubnexae.

98. TRIGLA cirris plurimis, corpore octagono. *Arted. Gen.* 32. *n.* 10. *Synon. p.* 75. *n.* 10.

Lyra altera Rondel. *Aldrov. piſc. l.* 2. *c.* 7. *p.* 147. *Willugh. icht. p.* 283. *f. S.* 3. bona. *Boſſuet. epigr. p.* 117.

Cataphractus totus horridus, ore roſtrato, mandibulis quaſi forcipatis, *Klein. miſſ.* 4. *p.* 43. *n.* 4.

Cathaphractus. *Jonſt. icht. p.* 89. *c.* 9. *t.* 24. *f.* 2.

Ikan Seythân Merah, rode duyvels Viſch, ſeu piſcis Rubri Diaboli. *Valent. piſc. amb. f.* 55. *p.* 363. *n.* 55.

1. *Corpus* cathetoplateum, oblongum, octagonum, laminis

laminis osseis tectum, declinans versus caudam, ante cujus exortum plagioplateum existit.

2. *Caput* magnum, tertiam totius corporis partem fere constituens, plagioplateum, medio corpore parumper latius, inter oculos parum excavatum, declinans ab orbitis sensim sensimque in rostrum; est & osseum, durum & scabrum, aculeis aliquot caudam spectantibus instructum. Horum aculeorum tres insigniores adsunt inter Oculos & Rostrum; Plures praeterea in lateribus Capitis, Operculis & Orbita Oculi Superiore. Caput in parte inferiore est nudum, planum, ac alepidotum.

3. *Os* in capitis parte anteriore ac inferiore situm, transversum, *Rictu* oblongo-rotundo, amplissimo, capitis latitudine parum angustiore instructum.

4. *Denticuli* nulli visibiles aut perceptibiles in Maxillis, verum ad Fauces superius & inferius adsunt duo Tubercula subaspera.

5. *Rostrum* latum, convexum, medio capite parum angustius, extensum in duas *Spathas* seu *Cornua* lata, plana, longa, scabra, striata, sibi parallela, retusa, sub quorum exortu latitat os.

6. *Nares* medio inter oculos & rostrum sitae, septem foraminibus, ordine lineari dispositis, utrinque instructae, sibi invicem approximatae.

7. *Oculi* magni, ovales, in lateribus capitis siti, in latera spectantes, *Iride* aurea instructi; horum *Orbitae* sunt osseae & aculeis asperae.

8. *Opercula Branchiarum* ampla, angulosa, scabra, aculeis longis munita.

9. *Foramina Branchiarum* in lateribus & in infima capitis parte magno utrinque hiatu patentia.

10. *Membrana Branchiostega* nullis Operculorum Branchialium laminis contecta, continet utrinque quinque osticula tenuia.

11. *Cirri* plurimi, perparvi, in maxillae inferioris lateribus, carnosi.

12. *Branchiae* utrinque quatuor.

13. *Dorsum* planum, a capite parum assurgens, inde declinans versus caudam, satis latum, unico ordine squamarum rhomboidalium, quae numero sunt viginti octo, contectum, & sulco instructum, in quo pinna dorsalis latitat. Ultima squama in duas spinas majores definit caudam versus extensas.

14. *Latera* convexa, satis lata, duobus ordinibus squamarum rhomboidalium utrinque tecta: quarum superior series triginta, inferior vero octodecim squamas utrinque continet: superioris seriei undecim ultimae squamae sunt bicuspidatae.

15. *Abdomen* inter caput & anum scutis duobus osseis tectum; post anum vero eodem modo ac in Dorso squamis rhomboidalibus viginti tribus contegitur, in quarum novendecim anterioribus sulcus exaratus est, pinnam ani recondens.

16. *Anus* medio inter capitis apicem & caudam mox ante pinnam ani situs.

17. *Linea Lateralis* nulla visibilis.

18. *Pinnae Dorsales* e regione operculorum branchiarum ortae per dorsi longitudinem fere totam extenduntur.

19. *Pectorales* utrinque mox post opercula in infimis lateribus sitae, ad basin duabus *Appendicibus* simplicibus, cartilagineis, articulatis, longitudinem pinnarum, quibus ad basin adnexae sunt, aequantibus instructae.

20. His Appendicibus proxime adsunt *Pinnae Ventrales*, capiti quam ano propiores, in imis lateribus sitae, satis magnae.

21. *Pinna Ani* mox post anum in ventre sita, in sulco (§. 15.), recondita ad caudam ferme usque extensa.

22. *Cauda* respectu corporis parva.

Plura de Pinnis indicare non potui, quum ex siccato pisce descriptionem concinnare coactus fui.

D. D. CORNELII NOSEMAN.

99. TRIGLA capite glabro, cirris geminis in maxilla inferiore. *Arted. Gen.* 32. *n.* 1. *Synon. p.* 71. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 17.

Mullus Barbatus *Auctorum.*

Mullus piscis. *Matthiol. in Dioscor. l.* 2. *c.* 21. *p.* 297.

Mullus. *Dale pharm. p.* 409. *n.* 26.

Cirri duo longitudinem capitis aequantes in maxillae inferioris apice siti, quae cum superiore eandem longitudinem obtinet.

Squamae magnae, admodum deciduae, vivente pisce rubescunt; qui tamen color, moriente pisce, sensim perit.

Pinna Dorsi Prima osticulorum septem; *Secunda* novem, quorum primum brevissimum & aculeatum.

Pinnae Pectorales duae, utrinque una, osticulorum ramosorum septendecim.

Appendices ad pinnas pectorales nullae.

Pinnae Ventrales duae, sub pectoralibus sitae, osticulis sex ramosis, excepto primo simplici aculeato, instructae.

Pinna Ani e regione pinnae Dorsalis secundae osticulorum septem, quorum primum brevisimum & aculeatum.

Cauda bifurca.

Frequens piscis in Mari Septentrionali.

100. TRIGLA roſtro parum bifido, linea laterali ad caudam bifurca. *Arted. Gen.* 32. *n.* 6. *Synon. p.* 73. *n.* 5. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 16.

Caryſtion ore lato, caſſide in ſex aculeos caudam verſus exeunte acutisſimos. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 45. *n.* 2. *t.* 14. *f.* 3.

Linea Lateralis recta, dorſo proxima, a capite ad caudam deſcendit, ac in ipſa caudali pinna in duos diviſitur ramos.

Dorſum ſulco inſtructum, in quo pinnae dorſales ſeſe recondunt; hujus Sulci margines ſunt oſſici, dentati, asperrimi.

Pinna Dorſi Prima oſſiculorum octo ſimplicium aculeatorum; *Secunda* oſſiculorum ſexdecim inermium & ſimplicium.

Pinnae Pectorales magnae, nigrae, oſſiculis decem inſtructae ramoſis: ante has pinnas in utroque latere ſunt tres *Appendices* oſſeae, crebris internodiis inſtructae, ſimplices, liberae ſeu nulla membrana inter ſe conjunctae.

Pinnae Ventrales magnae, ſub pectoralibus ſitae, rubrae, oſſiculis ſex ramoſis, excepto primo ſimplici, inſtructae.

Pinna Ani e regione pinnae dorſalis ſecundae; oſſiculorum quindecim inermium & ſimplicium.

Cauda magna, rubra, aequalis, oſſiculorum quindecim.

Inhabitat Mare Septentrionale.

Belgice audit *Zeebaan* vel *Knorhaan*.

101. TRIGLA varia, roſtro diacantho, aculeis geminis ad utrumque oculum. *Arted. Gen.* 32. *n.* 8. *Synon. p.* 74. *n.* 8.

Caryſtion gracilis griſeus, pinna ventrali carens, duabus pinnis gutturalibus, totidemque branchialibus gaudens. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 46. *n.* 5.

Cuculus. *Merret. pin.* 186.

Gornatus ſ. Cuculus griſeus. *Dale hiſt. of Harw. p.* 431.

Figura Corporis eadem ac Antecedentis.

Membrana Branchioſtega oſſiculis utrinque ſeptem inſtructa.

Linea Lateralis dorſo propior, albida, elevata, aculeata, in ipſa caudae pinna in duos ramos tandem deſinens.

Dorſum ad pinnas dorſales ſulco inſtructum, cujus margines asperrimi.

Pinna Dorſalis Prima oſſiculorum octo, ſimplicium, aculeatorum; *Secunda* octodecim, inermium, ramoſorum.

Pectorales Pinnae duae, utrinque unica, oſſiculorum decem inermium, ante quas tres *Appendices* oſſeae, nulla membrana nexae, crebris internodiis inſtructae.

Ventrales Pinnae, binae ſub pectoralibus ſitae, oſſiculorum ſex ramoſorum, excepto primo ſimplici.

Pinna Ani oſſiculorum ſeptendecim inermium.

Cauda bifurca.

Dorſum & *Latera* maculis rubris nigrisque conſperſa.

102. TRIGLA capite parum aculeato, pinna ſingulari ad pinnas pectorales. *Arted. Gen.* 32. *n.* 4. *Synon. p.* 73. *n.* 6.

Milivipira & Pirabele Braſil. Peixe Volador Luſitan. *Marcg. hiſt. braſ. l.* 4. *c.* 11. *p.* 162.

Milvus cirratus. *Sloan. Jam. vol.* 2. *p.* 288.

Mugil alatus Rondeletii. *Jacob. Muſ. Reg. p.* 1. *ſ.* 3. *de piſc.* §. 39. *t.* 2. *n.* 39.

Vliegende Viſch. *Valent. piſc. amb. tom.* 3. *t.* 52. *E.*

Cataphractus ſquamoſis eminentiis duris & asperis duabus pinnis dorſalibus ventre levi ὁμόπτερος. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 44. *n.* 11.

Hirundo aquatica. *Bont. ind. orient. p.* 78.

Hirundo Plinii. *Worm. Muſ. p.* 266.

Hirundo. *Boſſuet. epigr. p.* 109. *Rondel. piſc. l.* 10. *c.* 1. iconem a Geſnero mutuatus eſt, & ſatis bene convenit; verum caudam pingit aequalem, & ſquamas duas ad caudae baſin omnino negligit.

Milvus. *Dale pharm. p.* 405. *n.* 25. *Bellon. aquat.* 192. alas pingit immaculatas eaſque nimis longas; oſſiculum item alarum primum pinnis pectoralibus proximum nimis longum, uti & ultimum ventri proximum.

1. *Corpus* longum, teres, ſubrotundum, ſenſim ad caudam usque gracileſcit; craſſities maxima ad exortum alarum pinnarumque ventralium diametro quinque uncias tenet, ad caudam vero vix unciam complectitur.

2. *Caput* plagioplateum, quadratum, ubique fere ejusdem latitudinis, ad oculos parum concavum, cruſta oſſea valida, ſcabra, nitidiſſime & regulariter caelata tectum, deſinente utrinque in *Appendicem* foliaceam dorſo, ac lateribus incumbentem, cujus medium percurrit ſpina valida, elatior, fere ad quintum oſſiculum pinnae dorſi primae extenſa: qua ratione caput oſſeum in ſpinas bifurcatum merito dicitur; quae omnia ſatis nitide depinguntur in Hirundine *Gesner. paral. p.* 10. peſſume autem ab *Aldrovando p.* 141.

3. *Os* mediocre.

4. *Labia*

4. *Labia* maxillae ſuperioris bifida.

5. *Palatum* ſuperius mobile, condylis articulatum.

6. *Dentes* in utraque maxilla obtuſi, glabri, inaequales confuſe aggregati.

7. *Maxilla Superior* ante Inferiorem multum prominens.

8. *Nares* longae, magnae, oculis quam roſtro propiores, multum inter ſe diſtantes, duplici foramine utrinque praeditae;

9. *Orbitae Oculorum* ingentes, ad latera capitis ſitae, diametro ſeptem lineas tenent.

10. *Foramina Branchiarum* inferne clauſa, in lateribus admodum aperta.

11. *Os Branchioſtegum* leviter cruſtaceum & ſcabrum, deſinens utrinque in ſpinam acutam, exteriore margine ſerratam, ac infra pinnas pectorales ultra pinnarum ventralium originem extenſam: Hae Spinae in conſpectum veniunt piſce in dorſo poſito vel alis abſciſſis.

12. *Membrana Branchioſtega* oſſiculorum ſex utrinque.

13. *Dorſum* & *Latera* ſubfuſca.

Venter albicans, & parum planus.

Anus ante pinnam ani, in medio ventre inter caput & caudam ſitus.

14. *Pinnae* in toto corpore una cum cauda octo, oſſiculis indiviſis inſtructae, ſcilicet duae Dorſales, duae Pectorales, duae Ventrales, unica Ani & Cauda.

15. *Pinna Dorſi Prima* oſſiculorum ſex, quorum duo priora ſuperne libera, ad baſin membrana exigua, haud alta conjuncta; reliqua quatuor a duobus prioribus ſeparata inter ſe membrana conjunguntur; apicibus oſſiculorum ultra membranam exſertis.

16. *Pinna Dorſi Poſterior* oſſiculorum octo rigidorum, quorum primum maximum unciam & quatuor lineas longum; ultimum vero ſeptem lineas tenet; apices oſſiculorum ultra membranam ſunt exſerti.

Ante hanc pinnam *Spina* brevis lineâ parum longior ſita eſt, cujus apex caudam verſus reflexus & radix amplisſima.

17. *Pinnae Pectorales* utrinque una poſt branchias, ad infima latera, alis humili membrana nexae, oſſiculorum ſex.

18. Utramque pinnam pectoralem comitatur *Ala* fere triquetra; quae, quando expanſa, membranacea tenuis, hic illic variis maculis notata, plicatilis, ſuffulta oſſiculis novendecim tenuibus per longitudinem extenſis, inferne albicantibus, & ad radicem rigidioribus; horum oſſiculorum pectorali pinnae proximum duas uncias cum dimidia capit; quartum vero cum ſeptem ſequentibus uncias quatuordecim & tres lineas longum; reliquis decreſcentibus, donec ultimum tantum quatuor unciarum longitudinem aequat.

19. *Pinnae Ventrales* in infimo ventre inter alarum radices ſitae, ſibi valde contiguae, reſpondentes bifurcaturae cruſtae caput tegentis, oſſiculorum quinque; quorum medium longiſſimum duas uncias & totidem lineas aequans; primum vero unciae longitudinem tantum tenet.

20. *Pinna Ani* e regione oſſiculi quarti pinnae dorſalis ſecundae originem habens, oſſiculis conſtat ſex rigidioribus, ejuſdem cum pinna dorſali longitudinis.

21. *Cauda* omnino biſurca, radiorum octodecim ſimplicium, quorum exteriores duas uncias cum unica linea, medii vero minimi modo octo lineas longitudine capiunt.

22. Ad baſin Caudae utrinque duae *Squamulae* longitudinales, apicibus aculeatis, ſex lineas longae, & unam cum dimidia latae.

23. *Squamae* durae, in dorſo & lateribus ellypticae; in his magis, in illis minus tuberculatae & aſperae, ita diſpoſitae, ut eminentiae tuberculatae anguloſas lineas componant, longitudinem corporis percurrentes, unde corpus ad caudam fere eſt quadratum. Squamae autem in ventre omnino ſunt planae.

24. Longitudo tota a roſtro

ad finem caudae	——	1	—	:	—	:
ad nares	——	——		:	—	: — 5
ad oculorum orbitas	-		:	—	:	— 9
ad pinnas pectoris	—		:	—	2	— 5
ad bifurcationem cruſtae capitis	——	——		:	— 3	— 2
ad extremam cruſtae capitis ſpinam	—	——		:	— 4	— 5
ad pinnam dorſi primam			:	—	3	— 8
ad ejus finem	——		:	—	4	— 8
ad brevem ſpinam inter pinnas dorſales	——		:	—	5	— 3
ad pinnam dorſalem ſecundam	—	—	—	:	—	5 — 6
ad ejus finem	—	——		:	—	7 — 8
ad caudam	—	——		:	—	9 — 9
ad ejus bifurcationem	—		:	—	11	— 4
ad pinnas ventrales	—		:	—	3	— :
ad pinnam ani	——		:	—	6	— :
ad ejus finem	—	——		:	—	7 — 5

25. Inhabitat Mare Atlanticum atque Mediterraneum.

D. D. DANIELIS LUYX MASSIS.

Arted. Gen. 33. Linn. Gen. 125.

SCORPAENA.

Corpus cathetoplateum, caudam verſus gracileſcens.

Caput magnum, admodum aculeatum. *Oculi* ſibi vicini. *Dentes* parvi in maxillis, palato, & faucibus.

Membrana Branchioſtega officula ſeptem utrinque continet.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica, in medio humilior.

103. SCORPAENA capite cavernoſo, cirris geminis in maxilla inferiore.

Pinna Dorſi oſſiculorum viginti duorum, quorum duodecim anteriora acutiſſima; decem reliqua ſimplicia & aculeata.

Pinna Pectorales magnae, latiſſimae, oblique poſt opercula ſitae, oſſiculis quindecim bifidis inſtructae.

Pinnae Ventrales ſub pectoralibus ſitae, quibus & adnectuntur per parvam membranam.

Pinna Ani mox poſt anum ſita, oſſiculorum ſex, quorum anteriora . . . ſimplicia & aculeata, reliqua vero ramoſa & inermia.

Cauda aequalis tredecim oſſiculorum.

Arted. Gen. 34. Linn. Gen. 124.

COTTUS.

Corpus oblongum, caudam verſus gracileſcens.

Caput cathetoplateum, aculeatum, reliquo corpore latius.

Membrana Branchioſtega oſſicula ſex utrinque continet.

Pinnae octo. In *Dorſo* duae. *Ventrales* exiguae.

104. COTTUS alepidotus, capite polyacantho, maxilla ſuperiore paulo longiore. *Arted. Gen.* 34. *n.* 3. *Synon. p.* 77. *n.* 3. *Spec. p.* 86. *n.* 3. (ubi §. 3. pro *locus inter oculos elatus.* legendum eſt *locus inter oculos excavatus.*) *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 14. *Linn. faun. ſuec.* §. 280.

Scorpio marinus. *Jacob. Mus. Reg. p.* 1. *S.* 3. *de piſc.* §. 36. *t.* 3. *n.* 36. *Dale pharm. p.* 410. *n.* 36.

Scorpio marinus noſtras. *Sibald. ſcot. illuſtr. part.* 2. *l.* 3. *c.* 6. *p.* 24. *t.* 17. *f.* 1. 2.

Scorpius Virginianus. *Willugb. icht. t. X.* 15.

Pinna Dorſi Prima oſſiculorum decem aculeatorum; *Secunda* quatuordecim inermium.

Pectorales magnae, ambitu ſubrotundo inſtructae, & oſſiculis ſexdecim ſuffultae.

Pinnae Ventrales oſſiculorum quatuor, ſub pectoralibus ſitae.

Pinna Ani e regione pinnae dorſalis ſecundae ſita, oſſiculorum decem inermium.

Cauda ſubrotunda, oſſiculorum duodecim majorum, exceptis minoribus lateralibus.

Cor trangulare, conicum.

Vertebrae 35. *Coſtae* utrinque 10.

Belgis *Donderpadde.*

Frequens in Mari Septentrionali.

105. COTTUS cirris plurimis, corpore octagono. *Arted. Gen.* 34. *n.* 4. *Synon. p.* 77. *n.* 5. *Spec. p.* 87. *n.* 4.

Cataphractus roſtro reſimo quatuor aciculis munito. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 42. *n.* 1.

Cataphractus Schoneveldii. *Sibald. ſcot. illuſtr. part.* 2. *l.* 3. *c.* 7. *p.* 25.

Cataphractus. *Dale hiſt. of Harw. p.* 430. *n.* 5.

A Pogge. *Petiv. gazoph. t.* 51. *f.* 10.

Frequens piſcis in Mari Septentrionali a Catvicenſibus *het Harnas mannetje* vocatus.

106. COTTUS alepidotus, varius; maxilla inferiore longiore, multum cirrata. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

Niqui Braſilienſium. *Willugb. icht. t. S.* 11. *f.* 1. *Piſo. med. bras. p.* 45. *Marcg. hiſt. bras. l.* 4. *c.* 17. *p.* 178.

Gallus grunniens. *Willugb. icht. append. t.* 4. *f.* 1.

Caput

Caput plagioplateum, cute molli tectum, corpore latius.

Corpus subteres.

Dorsum convexum.

Venter latiusculus.

Os seu *Rictus* amplissimus.

Maxilla Inferior superiore paulo longior & nonnihil sursum producta.

Cirri quam plurimi crassiusculi, in Maxilla Inferiore, & praeterea aliquot majores minoresque in & ad Angulos Oris, in Operculis Branchiarum & ipso Capite superius; supra utrunque Oculum duo majores adsunt.

Ductus & *Foramina* varia in maxillis & ipso capite.

Oculi subrotundi, rostro vicini, sursum fere spectantes, cute capitis communi obducti.

Aperturae Branchiarum angustae.

Dentes crassi & breves in maxillis, palato & faucibus.

Squamae nullae, sed totum corpus cute glabra laxa tectum.

Color ex fusco rubescente & albescente varius & sordidus.

Linea Lateralis ex meris foraminulis constat.

Pinna Dorsi longa, osticulorum viginti quinque, quorum tria priora aculeata & brevia, reliqua mollia & ramosa.

Ante hanc pinnam duo sunt osticula robusta cute communi corporis tecta.

Pinnae Pectorales osticulorum viginti trium, vario colore pictae.

Pinnae Ventrales anterius sitae quam pectorales, albescentes, ossiculis instructae tribus, quorum duo priora indivisa, tertium vero admodum ramosum.

Pinna Ani longa, osticulorum novendecim mollium & ramosorum.

Cauda vario colore praedita, in extremo subrotunda, osticulorum quindecim circiter longiorum.

Totum Caput superne glabrum, sed *Lamina Operculorum Ultima* in tres aculeos obtusiores & membrana vestitos desinit.

Longitudo sex vel septem unciarum.

Inhabitat Brasiliam.

Arted. Gen. 35. Linn. Gen. 117.

ZEUS.

Corpus cathetoplateum, admodum latum & tenue.

Caput cathetoplateum, admodum tenue ac compressum, latum.

Membrana Branchiostega ossiculis constat non parallelis. . . . .

Pinnae septem vel novem. In *Dorso* unica, vel duae.

107. ZEUS ventre aculeato, cauda in extremo circinnata. *Arted. Gen.* 35. *n.* 1. *Synon. p.* 78. *n.* 1. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 12.

Faber s. Gallus marinus. *Bossuet. epigr. p.* 137.

Corpus cathetoplateum, latum, ovatum, admodum compressum, *Squamis* minimis tectum; ad radices pinnarum dorsi anique *Aculeis* bicuspidibus armatum, in ventre *Squamis* durissimis aculeatis loricatum, & in medio latere *Macula* rotunda nigra conspicuum.

Linea Lateralis admodum curvata, dorso approximata, a capite fere usque ad caudam extenditur, inde recta procurrit in caudam.

Caput magnum, difforme.

Os in apice capitis.

Maxilla Inferior superiore multo longior.

Dentes in utrisque maxillis, parvi.

Pinna Dorsi Prima magna, osticulis decem triangularibus acutissimis, membrana nigra connexis instructa, admodum cirrosa.

Pinna Dorsi Secunda a prima ad caudam usque extenditur, osticulorum viginti, vel viginti unius inermium & mollium.

Pinnae Pectorales post opercula sitae, osticulorum tredecim simplicium.

Pinnae Ventrales sub gula sitae, ori propiores quam pectorales, osticulorum septem, quorum priora aculeata.

Pinna Ani Prima mox post *Anum* sita (qui in medio est corpore) osticulorum quatuor rigidorum, aculeatorum & triangularium, membrana nigra connexorum.

Pinna Ani Secunda a prima ad caudam usque extensa, osticulorum viginti duorum simplicium; inermium & mollium.

Cauda ambitu circulari praedita, magna, ossiculis quatuordecim ramosis instructa.

Propter maculam, quam utrinque in mediis lateribus gerit, a Catvicensibus *Sonne-Vis* appellatur.

Frequens in Mari Septentrionali.

108. ZEUS cauda bifurca. *Arted. Gen.* 35. *n.* 2. *Synon. p.* 78. *n.* 1. *mſſ. ad Sebam.*

Gallus marinus ſeu Faber indicus. *Willugb. icht. append. p.* 33. *t.* 7. *f.* 1.

Tetragonoptrus laevisſimus, totus coloris argentei. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 38. *n.* 8.

Ikan Batoe Jang Maha-Aſing. *Valent. amb. piſc. f.* 376. *p.* 465. *n.* 376.

Abucatuxia Braſilienſibus, Peixe Gallo Luſitanis. *Marcg. hiſt. braſ. l.* 4. *c.* 11. *Raj. Synops. piſc. p.* 99.

Lune. *du Tertre hiſt. des Antill. tom.* 2. *p.* 215. §. 3.

Abacatuaja. *Willugb. icht. p.* 295. *t. S.* 18. *f.* 2. *Piſo. hiſt. nat. p.* 55.

Abacatuaja, Luſitanis Peixe. *Jonſt. icht. l.* 4. *t.* 37. *f.* 2.

Ikan Kapelle. *Ruyſch. theatr. anim. p.* 16. *t.* 9. *f.* 7.

Corpus & *Caput* tenuia, & perpendiculariter lata.

Dorſum & *Venter* admodum acuta.

Maxilla Superior inferiore paulo brevior.

Denticuli vix conſpicui in utraque maxilla.

Color corporis argenteus, & ſplendens.

Linea Lateralis curva, ad dorſum flexa.

Pinna in Dorſo unica oſſiculorum triginta unius, quorum novem anteriora aculeata, reliqua vero mollia; Mollium primum oſſiculum admodum longum eſt & in ſetam quaſi producitur; reliqua vero multo breviora.

Pinnae Pectorales longae, officulorum viginti.

Pinnae Ventrales admodum longae & nigricantes, officulorum ſex.

Pinna Ani oſſiculorum viginti, quorum primum tantummodo aculeatum, reliqua vero mollia; Mollium primum officulum longiſſimum eſt, & in ſetam quaſi productum, eodem modo ac in Pinna Dorſali.

Cauda lata, admodum bifurca, officulorum ſeptendecim longiorum.

Venter inter Pinnas Ventrales & Pinnam ani ex mero oſſe tenui acutoque conſtat.

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

Arted. Gen. 36. Linn. Gen. 115.

CHAETODON.

Corpus cathetoplateum, tenue, breve, ſquamis ſubaſperis tectum.

Caput cathetoplateum. *Os* exiguum. *Dentes* in maxillis oblongi, contigui, flexiles *Labiis*, quae deduci & extendi poſſunt, ad partem tecti.

Membrana Branchioſtega officula . . . . utrinque continet.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica, per totum dorſum extenſa.

109. CHAETODON macrolepidotus, albo flaveſcens, roſtro longiſſimo oſſeo, macula nigra ad pinnam dorſalem. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

Klipviſch ſeu Soldaten Vis. *Willugb. icht. append. t.* 5. *f.* 4. ?

1. *Corpus* cathetoplateum, latum, breve & tenue.

2. *Caput* latum, compreſſum, ad roſtrum usque omnino ſquamoſum, admodum declive in

3. *Roſtrum* longe productum, rectum, anguſtum, oſſeum, & ſubacutum.

4. *Mandibula Inferior* ante ſuperiorem parum prominet.

5. *Rictus* magnus.

6. *Nares* in ſuperiore capitis parte ſitae, oculis admodum vicinae, duobus foraminibus praeditae, quorum anterius majus.

7. *Oculi* in ſuprema capitis parte ſiti, ſubrotundi, tunica propria tecti, magni, in latera ſpectantes, operculis quam roſtro propiores.

8. *Opercula Branchiarum* admodum ſquamoſa.

9. *Foramina Branchiarum* ſatis patula.

10. *Membrana Branchioſtega* maxima parte ſub operculis latens, continensque officula . . . .

11. *Dentes* in utrarumque maxillarum lateribus, parvi, contigui.

12. *Dorſum* a capite ad pinnam dorſi adſcendens, dein curvo ductu declinans petit caudam.

13. *Pinna Dorſi* a ſupremo dorſo ad caudam fere usque extenſa, officulorum triginta novem, quorum anteriora novem robuſta, brevia & aculeata, reliqua vero mollia.

14. *Pinnae Pectorales* in lateribus oblique ſitae, magnae, mox poſt opercula, officulorum quindecim inermium.

15. *Pinnae Ventrales* in ventre imo ſitae, ſibi approximatae, roſtro quam caudae propiores, officulorum ſex, quorum primum craſſum, acutum, reliqua mollia & ramoſa.

16. *Pinna Ani* mox poſt anum orta & ad caudam fere usque extenſa, officulorum viginti quatuor, quorum

rum tria priora aculeata.

17. *Cauda* lata, brevis, parumper rotundata.

18. *Linea Lateralis* nulla perceptibilis in lateribus.

19. *Color* per totum corpus albo-flaveſcens *Zonis* quatuor obſcurioribus & transverſis in utroque latere pictus, quarum *Prima* oculos ſecat, *Secunda Tertiaque* media per latera percurrunt, *Quarta* reliquis latior prope ad caudam corpus ornat.

Praeter has Zonas 1° ad caudae initium conſpicitur *Linea* transverſalis nigra, & 2° prope ad baſin pinnae dorſalis in *macula* eſt nigra rotunda ſatis inſignis.

20. *Squamae* magnae, obtuſo-quadrangulae, ſibi contiguae, imbricatim ſitae, admodum deciduae, non tantum corpus, ſed & caput, pinnasque dorſi, ani, & caudae tegentes.

21. Longitudo a roſtro

ad finem caudae	——	: — 6 —	:
ad finem roſtri	——	: — : —	7
ad nares	— — —	: — 1 —	1
ad oculorum initium	—	: — 1 —	2
ad eorum fines	——	: — 1 —	6
ad opercula branchiarum		: — 2 —	1
ad pinnas pectorales	—	: — 2 —	4
ad earum finem	— —	: — 3 —	5
ad pinnas ventrales	—	: — 2 —	5
ad pinnam dorſi	—	: — 2 —	6
ad ejus finem	— —	: — 4 —	7
ad caudam	— —	: — 5 —	1
ad pinnam ani	——	: — 3 —	3
ad ejus finem	— —	: — 4 —	7

22. Latitudo transverſalis

ad roſtrum	— —	: — : —	2
ad ejus finem	— —	: — : —	4
ad nares	— —	: — : —	9
ad oculos	— —	: — 1 —	2
ad pinnam dorſi	— —	: — 2 —	6
ad ejus officula longiſſima		: — 3 —	4
ad pinnas pectoris	—	: — 3 —	:
ad pinnam ani	— —	: — 3 —	2
ante caudam	— —	: — : —	5

110. CHAETODON roſtro longo, oſſeo, microlepidotus, albo-flaveſcens, lineis transverſis quatuor bruneis.

Ikan Batoe Bariska ſeu Geſtreepte Klipviſch. *Valent. piſc.. amb. f. 266. p. 427. n. 266?*

1. *Corpus* & *Caput* quoad formam externam cum mox praecedente optime conveniunt.

2. *Membrana Branchioſtega* officulorum quatuor utrinque.

3. *Squamae* parvae, contiguae, non tantum totum corpus, ſed & caput ad roſtrum usque, branchiarum opercula & pinnarum radices tegunt.

4. *Linea Lateralis* arcuata, dorſo proxima, utrinque in lateribus conſpicua.

5. *Color* albo-flaveſcens; in capite unica, in trunco duabus, & in cauda unica brunea transverſali & lata faſcia varius.

Praeter haſce faſcias corpus longitudinaliter lineis undatis parallelis bruneis diſtinctum eſt; inſignitae etiam ſunt pinnae dorſi & ani linea transverſali lata brunea, conſpicua & eſt pinna dorſi in ſuo fine macula ſat magna rotunda picea.

6. *Pinna Dorſi* unica in ſummo dorſo orta & ad caudam fere extenſa, officulorum triginta duorum; quorum anteriora undecim rigida, ſimplicia & aculeata, reliqua vero mollia, ramoſa & inermia.

7. *Pinnae Pectorales* in lateribus mox poſt opercula ſitae, officulorum quindecim inermium & ramoſorum, primo excepto ſimplici, etiam inermi.

8. *Pinnae Ventrales* ſibi approximatae, ſub pectoralibus in imo ventre ſitae, officulorum ſex, quorum quinque poſteriora ſubramoſa, primo vero rigido, ſimplici & acutiſſimo.

9. *Pinna Ani* mox poſt anum orta, officulorum viginti & unius ramoſorum, inermium & mollium, quorum tria tamen anteriora ſunt craſſiſſima, rigida & aculeata.

10. *Cauda* lata, brevis, parum rotundata, oſſiculis ſuffulta ſubramoſis.

Arted. Gen. 37. Linn. Gen. 128.

GASTEROSTEUS.

Corpus cathetoplateum, oblongum. *Venter* fere totus laminis oblongis, oſſeis contectus. *Caput* cathetoplateum.

Membrana Branchioſtega officula tria, gracilia utrinque continet.

Pinnae ſeptem. *Ventrales* ex duobus tantum officulis aculeatis magnis conſtant.

111. GASTEROSTEUS aculeis in dorſo tribus. *Arted. Gen. 37. n. 1. Synon. p. 80. n. 1. Spec. p. 69. n. 1. Gronov. act. ups. 1741. n. 10. Linn. faun. ſuec. §. 276.*

Gaſteroſteus dorſo tribus ſpinis armato. *Linn. It. oeland. p. 166.*

Centriſcus duobus in dorſo arcuato aculeis, totidem in ventre. *Klein. miſſ. 4. p. 48. t. 13. f. 4. 5.*

Linea

Linea Lateralis vix conſpicua, curva.

Appendix Cutacea longitudinalis in medio latere, utrinque ad exortum caudae in fine Lineae Lateralis.

Cauda in extremo aequalis.

Inhabitat magna copia noſtros fluvios lacusque, neque non nunquam in littoribus Catvicenſibus reperitur.

Belgis *Steekelbaars.*

112. GASTEROSTEUS aculeis in dorſo decem. *Arted. Gen.* 37. *n.* 2. *Synon. p.* 80. *n.* 2. *Spec. p.* 97. *n.* 2. *Linn. It. Oeland. p.* 182. *faun. ſuec.* §. 277.

Centriſcus ſpinis decem vel undecim non perpendiculariter erectis, ſed vicisſim una dextrorſum, altera retrorſum, inclinatis. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 48. *n.* 4. Vivit cum Praecedente, quo multo minor.

113. GASTEROSTEUS aculeis in dorſo quindecim. *Arted. Gen.* 37. *n.* 3. *Synon. p.* 81. *n.* 3.

Centriſcus aculeis quindecim in dorſo, retrorſum inclinatis, diſcretis, nullaque membrana connexis; in medio ventre aculei duo ad latera averſi, ad podicem unus. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 48. *n.* 1.

Inhabitat Mare Septentrionale.

MUSEUM ICHTHYOLOGICUM.

Ordo Tertius

comprehendit

BRANCHIOSTEGOS.

Arted. Gen. 38. Linn. Gen. 109.

BALISTES.

Corpus cathetoplateum, latum.

Caput cathetoplateum, latum. *Dentes* maxillarum maximi, ſibi contigui, antrorſum protenſi. *Membrana Branchioſtega* nullis oſſiculis ſuffulta.

Pinnae in toto corpore ſex vel octo. *Ventrales* ex unico vel binis oſſiculis ſimplicibus & aculeatis plerumque conſtant. *Aculei* duo, tres, quatuor vel plures robuſtiſſimi & craſſiſſimi in dorſo.

114. BALISTES aculeis dorſi duobus, primo poſtice dentato, cauda ſubrotunda, lateribus caudam verſus hirſutis.

Pira-aca Braſilienſibus. *Willugh. icht. p. 150. t. J. 4. f. 1. Marcgr. hiſt. braſ. l. 4. c. 7. p. 154.*

Monoceros piſcis. *Clus. exot. l. 6. c. 28.*

Ikan Kipas, Wajer Viſch. *Valent. piſc. amb. f. 28. p. 356. n. 28.*

1. *Corpus* cathetoplateum, latum, compreſſum, asperum, a lateribus planum, ad pinnam ani latiſſimum, ad os anguſtiſſimum.

2. *Caput* cathetoplateum, compreſſum, ab oculis ad os declive, & ab ore obliquiſſimo ductu petit pinnas ventrales.

3. *Os* parum productum in apice capitis, compreſſum, peranguſtum.

4. *Dentes* in utrisque maxillis, albidi, nullis labiis tecti, quorum ii, qui in maxilla ſuperiore conſpiciuntur, numeroque tres, ſunt ſatis magni, longi, acuti, caninis quadrupedum ſimiles; in maxilla vero inferiore dantur duo Dentes permagni, conici, acuti, & externe convexi.

5. *Nares* nullae viſibiles.

6. *Oculi* in ſummis capitis lateribus ſiti, longe a roſtro remoti, utrinque unicus, mediocris magnitudinis, ſubrotundi, in anteriora ſpectantes, *Iride* aurea, & *Pupilla* nigra praediti.

7. *Dorſum* a capite recta procedit ad regionem ano perpendiculariter oppoſitam, ubi parum elevatur, & ſenſim oblique deſcendit ad finem usque pinnae dorſalis, a qua recta petit caudam; eſt autem admodum compreſſum & tenue, atque e regione oculorum aculeo inſtructum praelongo, poſt quod ſulco exaratum eſt.

8. *Pectus* admodum compreſſum, anguſtum, rotundatum, a maxilla inferiore declive ad pinnam uſque ventralem.

9. *Venter* a pinna ventrali ad finem usque pinnae ani curvo ductu adſcendit, inde recta caudam petit; eſt ante anum admodum compreſſus, & carinatus, poſt eum paulo craſſior.

10. *Anus* ori parum propior quam fini caudae, mox ante pinnam ani ſitus.

11. *Cutis* ſquamis carens, ſed aculeis denſiſſimis, breviſſimis, viſum quidem, non vero tactum fugientibus, apicibus caudam verſus inclinatis exasperata: Prope ad caudam in utroque latere *Aculei* vel *Prominentiae quaedam Piliformes* & flexiles utrinque adſunt, ita ut ibi hirſutus quaſi evadat: In Ventre praeterea inter pinnam ventralem & anum adſunt utrinque *Aculei* craſſi, breves, contigui, apicibus inferiora ſpectantibus inſtructi.

12. *Foramina Branchiarum* utrinque unico hiatu an-

guſto & oblongo, mox ſub oculis patente inſtructa, inter oculos & pinnas pectorales ſita.

13. *Pinna Dorſi Prima* ex duobus aculeis conſtat, quorum prior longus, robuſtus, & a parte poſtica duplici ſerie uncinulis ſeu aculeis parvis, asperrimis, albidis, ſplendentibus, apice reclinata armatis inſtructus & ſerratus, ſeptem lineas longitudine aequans, hunc mox ſequitur alter aculeus minimus vix conſpicuus, ex ſulco enatus.

14. *Pinna Dorſi Secunda* longa, oſſiculis viginti novem ſimplicibus & inermibus inſtructa.

15. *Pinnae Pectorales* parvae, unica utrinque, oblique verſus ſuperiora poſt opercula ſitae, inſtructae oſſiculis decem ſimplicibus, quorum ſupremum maximum duas cum dimidia lineas longum.

16. *Pinnae Ventrales* nullae, verum earum locum ſupplet oſſiculum ſatis craſſum duobus ordinibus verſus interiora ſpectantium aculeorum armatum.

17. *Pinna Ani* e regione pinnae dorſalis orta, oſſiculis viginti ſeptem inermibus & ſimplicibus inſtructa.

18. *Cauda* in ambitu ſubrotunda.

19. Longitudo a roſtro
ad extremam caudam — : — 3 — :
ad oculos — — : — : — 5
ad opercula — — : — : — 8
ad pinnas pectoris — : — : — 8
ad pinnam dorſi primam : — : — 7
— — — ſecundam : — 1 — 5
ad ejus finem — — : — 2 — 1
ad pinnam ventralem — : — 1 — 2
ad pinnam ani — : — 1 — 5
ad ejus finem — : — 2 — 1
ad caudam — — : — 2 — 4

20. Latitudo tranſverſalis
ad roſtrum — — : — : — 2
ad oculos — — : — 1 — :
ad pinnas ventrales — : — 1 — 3
ad anum — — : — 1 — 2
ad pinnam dorſi ſecundam : — 1 — 3
poſt eam — — — : — : — 5
ante caudam — — : — : — 4

Comparavi ex Muſeo Sebae.

115. BALISTES dorſo triacantho, aculeis binis loco pinnarum ventralium, cauda bifurca.

Piſcis cornutus. *Willugb. ichth. append. t.* 10. *f.* 2.

1. *Corpus* cathetoplateum, latum, compreſſum, breve, ſcabrum, in lateribus planum, ad pinnas ventrales latiſſimum, ad caudam anguſtiſſimum.

2. *Caput* craſſitudinem corporis aequans, a lateribus planum, ab ore ad oſſiculum primum pinnae dorſi primae obliquo ductu adſcendit, uti & ab ore in aculeos, pinnas ventrales mentientes, declivo ductu declinat.

3. *Dorſum* ab oſſiculo pinnae dorſi primae ſenſim verſus caudam declinans, admodum compreſſum, dipterygium.

4. *Pectus* ab ore ad pinnas ventrales, ut jam (§. 2.) monui, declivo ductu tendit in *Ventrem*, qui poſt aculeos compreſſus, & aſperior eſt uſque ad anum quam reliquae corporis partes; Caeterum Pectus ſatis latum & rotundatum.

5. *Anus* in medio corpore, mox ante pinnam ani ſitus.

6. *Abdomen* poſt anum ad caudam uſque ſenſim adſcendit.

7. *Os* parum productum, in apice capitis, anguſtum, polyodon.

8. *Oculi* in ſummis lateribus longe ab ore diſſiti, mediocris magnitudinis, tunica propria tecti, *Iride* argentea cincti, & *Pupilla* nigra, apice roſtrum verſus ſpectante inſtructi.

9. Mox ante oculos in ſummo capite in conſpectum veniunt *Nares* ſatis amplae, duobus utrinque foraminulis inſtructae, ſibi proximae, oculis quam roſtro propiores.

10. *Opercula Branchiarum* anguſta, parvo hiatu mox ante pinnas pectorales aperta.

11. *Pinnae* in toto corpore exſtant ſex, ſive octo, ſi Aculeos pinnas ventrales repreſentantes pro veris pinnis habeas; ſunt ergo duae Dorſales, duae Pectorales, duo Oſſicula modo dicta, & unica Ani & Cauda.

12. *Pinna Dorſi Anterior* mox poſt caput ſita, oſſiculorum trium ſimplicium, quorum primum maximum ſeptem lineas longum, craſſum, rectum, ſcabrum; Secundum priore multo minus duas lineas, & Tertium minimum unam lineam cum dimidia longitudine capit; duo haec poſtrema oſſicula, inermia & tenuia per membranam parvam validam primo robuſto adnexa ſunt.

13. *Pinna Dorſi Secunda* a priori parum diſſita oſſiculorum viginti quatuor, tenuium, ſimplicium & inermium, quorum media longiſſima, duas lineas longitudine complectentia.

14. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque una, mox poſt branchiarum aperturas oblique ſitae, ventri parum propiores, oſſiculis tredecim ſimplicibus & inermibus inſtructae.

15. *Pinnae Ventrales* duae; utrinque unica, e regione pinnae dorſi primae in ventre infimo ſitae, ſibi approximatae, ex oſſiculo unico ſeptem lineas longo, ſcabro, apice obtuſiuſculo, inſtructo conſtantes.

16. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, oſſiculis novendecim inermibus & ſimplicibus ſuffulta.

17. *Cauda* bifurca, oſſiculorum quatuordecim ramoſorum, exceptis utrinque tribus lateralibus ſimplicibus, minimis.

18. *Cutis*

18. *Cutis* ſcabra, ex albido flava aureo fulgore quodammodo reſplendens, in dorſo obſcurioris coloris.

19. *Linea Lateralis* nulla diſtinguibilis.

20. Longitudo a roſtro uſque

ad finem caudae	—	: —	2 — 8
ad ejus biſurcaturam	—	: —	2 — 6
ad ejus initium	— —	: —	2 — 2
ad pinnam dorſi ſecundam		: —	1 — 2
ad ejus finem	— —	: —	1 — 7
ad pinnam dorſi primam		: —	: — 6
ad ejus finem	— —	: —	: — 8
ad oculos	— — —	: —	: — 3
ad eorum fines	— —	: —	: — 5
ad nares	— —	: —	: — 2
ad angulos oris	—	: —	: — 1
ad finem pinnae ani	—	: —	1 — 7
ad ejus initium	—	: —	1 — 3
ad anum	— —	: —	1 — 3
ad pinnas ventrales	—	: —	: — 8
ad pinnarum pectoralium fines	— —	: —	1 — :
ad aperturas branchiarum		: —	: — 7

Comparavi ex Muſeo Sebae

116. BALISTES alepidotus, cirratus, polyodon, dorſo diacantho, pinnis ventralibus diſtinctis inermibus.

Baliſtes quae Guaperua Chinenſis. *Linn. it. Westrog. p.* 137. *t.* 3. *f.* 5.

Batrachus in fronte corniculum ferens. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 16. *n.* 4.

Ikan Sambia, Sambia Viſch. *Valent. piſc. amb. f.* 76.

Guaperua Braſilienſibus. *Marcgr. biſt. bras. l.* 4. *c.* 5. *Jonſt. icht. t.* 36. *f.* 6.

Para-utoewah. *de Laet. deſcr. amer. l.* 15. *c.* 12.

Piſcis Braſil. cornutus. *Willugb. icht. p.* 90. *c.* 3. 2. *E.* 2. *f.* 1. *Raj. ſynops. piſc.* 29.

The Braſilian Toad-fish. *Petiv. Gazoph. t.* 20. *f.* 6.

1. *Corpus* cathetoplateum, breve, tenue & latum, alepidotum, albo bruneoque variegatum colore, inerme.

2. *Caput* cathetoplateum, inerme, medii corporis latitudinem aequans, breve.

3. *Os* in apice capitis, magnum, parum ſurſum ſpectans, cujus maxilla inferior ore aperto parum longior.

4. *Dentes* in utriſque maxillis minimi, conferti, viſum fugientes.

5. *Cirri* plurimi, parvi, in apice maxillarum, nec non in lateribus capitis, & in abdomine inter ventrales & ani pinnas.

6. *Oculi* minimi, parvi, in ſummis lateribus capitis utrinque ſiti, maxillae ſuperiori approximati.

7. *Apertura Branchiarum* utrinque unica, parvo hiatu ſupra pinnas pectorales patens.

8. *Dorſum* a roſtro adſcendens curvato ductu petit caudam.

9. *Pinnae* in corpore octo; ſcilicet, duae Dorſales, totidemque Pectorales ac Ventrales, unica Ani & Cauda.

10. *Pinna Dorſi Prima* ex duobus oſſiculis inermibus rigidis, membrana laxa & poſtice cirroſa circumdatis conſtructa, horum primum oſſiculum mox ſupra oculos ad maxillam ſuperiorem emergit, ſecundum vero longe a priore diſtat, mox ſupra opercula ſitum, priore multo longius, inerme, rigidum, cirroſum.

11. *Prima Dorſi Secunda* oblongo-quadrata, oſſiculis duodecim ſimplicibus & inermibus inſtructa.

12. *Pinnae Pectorales* utrinque unica, mox poſt aperturas branchiarum ortae, parvae, manubrio brachii adinſtar oblongo flexibilique affixae, ſubrotundae, oſſiculis decem ſimplicibus inſtructae; apicibus oſſiculorum ultra membranam exſertis.

13. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi approximatae, unicae baſi affixae, ori propiores quam pinnae pectorales, oblongae, parvae, quinque oſſiculis ſimplicibus inermibus inſtructae,

14. *Pinna Ani* caudae proxima, oſſiculorum tredecim inermium & ſimpliciuni.

15. *Cauda* ſubrotunda, oſſiculorum novem latorum, dichotomorum.

16. Inhabitat Mare Atlanticum, Hiſpanicum, atque Indicum, ubi inter Algas multoties reperitur.

117. BALISTES tetraodon, dorſo triacantho, aculeo unico in ventre, cauda ſubrotunda.

Corpus ſquamis minutiſſimis ſcabris contectum, cathetoplateum, tenue, latum, breve.

Pinna Dorſi Prima trium oſſiculorum, quorum primum maximum, robuſtum, ſcabrum, a parte poſteriore ſulcatum.

Pinna Dorſi Poſterior humilis, oſſiculis inermibus & ſimplicibus inſtructa.

Pinnae Ventrales nullae, quarum locum implet aculeus brevis undique ſcaber, medio fere inter caudam & roſtrum ſitus, caudam verſus inflexus.

Pinna Ani e regione pinnae dorſalis ſecundae ſita, oſſiculis ſimplicibus .... inſtructa.

Cauda in extremo ſubrotunda, oſſiculis ſimplicibus ſuffulta.

Arted. Gen. 39. Linn. Gen. 110.

OSTRACION.

Corporis figura inſolens, vel globoſa, ovata, quadrangulata, vel triangulata. *Cutis* dura, ſaepe ſpinis vel aculeis magnis in toto corpore aut aliqua ejus parte armata.

Caput plerumque cathetoplateum, *Os* exiguum. *Dentes* magni.

Membrana Branchioſtega nullis oſſiculis inſtructa. *Aperturae Branchiarum* parvo hiatu utrinque ad pinnas pectorales patulae.

Pinnae quinque. *Ventrales* deficiunt.

§. 1.

Corpore quadrangulato.

118. OSTRACION quadrangulus, aculeis duobus in fronte, & totidem in imo ventre.

Piſcis cornutus Bontii. *Willugb. icht. t. J.* 13. *f.* 1.

Corpus longum, irregulariter quadratum, ad oculos cathetoplateum, ad pinnam dorſi plagioplateum, corio oſſeo omnino tectum, quod ex ſquamis hexangularibus ſtellatis conſtat.

Caput ſupra oculos utrinque aculeo longo rigido oſſeo inſtructum.

Oculi utrinque in lateribus capitis, magni, cute capitis tecti.

Os in apice inferiore capitis, anguſtum.

Venter latus, convexus, ad anum utrinque in aculeum craſſum, validum & acutum, caudam verſus extenſum abit.

Anus mox ante pinnam ani in fine corporis inter aculeos mox deſcriptos ſitus.

Pinna Dorſi unica, in poſtremo dorſo ſita, oblonga, officulorum novem ramoſorum; exceptis duobus prioribus.

Pinnae Pectorales duae, utrinque una, in imis lateribus poſt opercula branchiarum ſitae, officulorum novem, quorum primum breviſſimum.

Pinna Ani mox poſt anum in fine corporis ſita.

Cauda ex corio oſſeo quaſi procedens, oblonga, ambitu aequali praedita, oſſiculis radiatis quinque inſtructa.

Longitudo tota eſt trium unciarum cum ſex lineis.

119. OSTRACION quadrangulus, maculis plurimis varius. *Arted. Gen.* 39. *n.* 4. *Synon. p.* 85. *n.* 8.

Crayracion in ſingulis mediis ſquamis ſingulae maculae majuſculae. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 22. *n.* 30.

Piſcis quadrangulus, cui in ſingulis mediis ſquamis lateralibus ſingulae maculae majuſculae. *Willugb. icht. t. J.* 12. *f.* 1.

Dorſum eſt rotundo-planum, & latera compreſſa.

120. OSTRACION oblongo-quadrangulus, tuberculis quatuor majoribus in dorſo. *Arted. Gen.* 39. *n.* 1. *Synon. p.* 84. *n.* 6.

Crayracion quadrangularis & productus. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 22. *n.* 27.

Ikan Peti Bariska. *Valent. piſc. amb. f.* 120. *p.* 386. *n.* 120.

A mox deſcripto N. 119. nil differt, niſi quod Superior habeat latera dorſumque compreſſiora & planiora, item quod in dorſo inter pinnam dorſalem & caput detur linea elevata, quatuor majora tubercula continens, quae in Hac Specie non obſervatur.

§. 2.

Corpore triangulato.

121. OSTRACION triangulatus, duobus aculeis in fronte, & totidem in imo ventre. *Arted. Gen.* 39. *n.* 5. *Synon. p.* 85. *n.* 9.

Piſcis triangulatus cornutus Cluſii. *Willugb. icht. t. J.* 14.

Guamajacu ape. *Marcgr. hiſt. bras. l.* 4. *c.* 1. *p.* 142.

Piſcis triangulatus maximus cornutus, ſquamis hexagonis & radiatis donata. *Sloan. Jam. tom.* 2. *p.* 280.

Crayracion triangularis, duobus cornubus curtis in fronte

fronte, in ventris limbo ex totidem ſinubus anguloſo. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 21. *n.* 19.

Piſcis triangulatus major. *Clus. exot. l.* 6. *c.* 27. *p.* 142, 143.

Piſcis cornutus Guamajacu-ape. *Jacob. Mus. Reg. p.* 1. *f.* 1. §. 19. *t.* 2. *f.* 19.

D. D. DANIELIS LUYX MASSIS.

122. OSTRACION triangulatus, limbis figurarum hexagonarum eminentibus, aculeis duobus in imo ventre. *Arted. Gen.* 36. *n.* 7. *Synon. p.* 85. *n.* 11.

Piſcis triangulatus cornubus carens Cluſii. *Willugb. icht. t. f.* 13. *f.* 2.

Crayracion triangularis, in limbo caudae dupliciter ſinuoſus, ſubfuſcus, figuris ſexangularibus radiantibus inſignitus. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 20. *n.* 18.

Ex Muſeo Sebae comparavi.

123. OSTRACION triangulatus, tuberculis exiguis innumeris, aculeis carens. *Arted. Gen.* 39. *n.* 10. *Synon. p.* 85. *n.* 14.

Piſcis triangulatus ex toto cornubus carens. *Willugb. icht. t. f.* 18.

Crayracion triangulatus, capite & ore productis, cornubus carens; limbo ventris integro. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 21.

Tubercula ſunt graniformia & tantummodo in mediis lateribus viſibilia.

Dorſum prae caeteris ſpeciebus elatius.

§. 3.

Corpore cathetoplateo, vel rotundo.

124. OSTRACION oblongo-rotundus, tetraodon, aculeis breviſſimis undique aſper, excepto ad caudam.

Caput undique, Corpus ad pinnam dorſi, Venter ad pinnam ani, & Latera ad regionem pinnae dorſi & ani aculeis brevibus, contiguis & innumeris aſpera.

125. OSTRACION cathetoplateus, ſubcompreſſus, pinna dorſi & ani cum cauda continuatis.

Oſtracion bidens, cauda, pinna dorſali & ani continua. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

Mola peregrina. *Jonſton. icht. t.* 9. *f.* 1.

126. OSTRACION cathetoplateus, tetraodon, compreſſus, maculoſus, ſcaber.

Ikan Kaſcaſſe. *Valent. piſc. amb. f* 19. *p.* 353. *n.* 19.

Corpus cathetoplateum, admodum compreſſum, tenue, *Aculeis* minutiſſimis denſe exaſperatum, maculis atque lineolis bruneis varium.

Caput latitudinem corporis aequans, a dorſo parum declive.

Roſtrum parum productum.

Os in apice capitis, quatuor dentibus craſſis, in utraque maxilla duobus inſtructum.

Oculi in ſummo capite, in latera ſpectantes, longe a roſtro diſſiti, *Aperturis Branchiarum* (quae mox poſt oculos parvo lineari hiatu patent) approximati.

Pinnae in toto piſce quinque; nimirum unica Dorſalis, duae Pectorales, unica Ani & Cauda.

Pinnae Pectorales parvae, latae, mox poſt opercula in utriſque lateribus ſitae, oſſiculorum ſexdecim & ultra ramoſorum.

Pinna Dorſi in extremo dorſo ſita, oſſiculis novem ramoſis inſtructa.

Pinna Ani e regione pinnae dorſalis ſita, parva, oſſiculis ramoſis inſtructa.

Pinna Caudae ambitu aequali inſtructa, oſſiculis ſuffulta ramoſis, exceptis utrinque lateralibus ſimplicibus.

Longitudo tota eſt trium unciarum.

Latitudine vero unicam unciam cum dimidia aequat.

Comparavi ex Muſeo Sebae.

Arted. Gen. 40. Linn. Gen. 107.

CYCLOPTERUS.

Corpus oblongo-globoſum, cute tenaci tuberculis aſperis loco ſquamarum hic illic obſita, tectum. *Caput* cathetoplateum, craſſum. *Os* mediocris magnitudinis. *Dentes* in utriſque maxillis & faucibus, parvi.

Membrana Branchioſtega oſſicula ſex utrinque continet.

Pinnae ſex. *Ventrales* extremitatibus ſuis in unicam circularem pinnam, & quodammodo infundibuliformem concretae ſunt.

127. CYCLOPTERUS. *Arted. Gen.* 40. *n.* 1. *Synon. p.* 87. *n.* 1. *Linn. faun. ſuec.* §. 275. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 8.

Oncotion colore nigricante & dilute rubente varius: ventre rubeſcente, tuberculis cutaneis in acutum terminatis ſparſim exaſperatus. *Klein. miſſ.* 4. *p.* 40. *n.* 1.

Lumpus Anglorum. *Merret. pin.* 186. *Dale hiſt. of barw. p.* 430. *n.* 4.

Slurygg-Fisken, Cyclopterus ſ. Lumpus. *Linn. it. Oeland. p.* 110.

Huc pertinere etiam videtur Oſtracion rotundo-oblongus, tuberculis utrinque, pinna dorſi longiſſima. *Arted. Gen.* 39. *n.* 17. *Synon. p.* 86. *n.* 20. *Linn. faun. ſuec.* §. 1353. quam ſpecificam diſtinctionem ex Icone, quam *Clus. in exot. l.* 6. *c.* 25. tradit, deſumpſiſſe videtur Auctor; Omnes etiam Auctores, quos pro ſynonymis allegit, ex Cluſio iconem deſcripſere.

1. *Corpus* breve, craſſum, quodammodo ſubrotundum & heptagonum.

2. *Dorſum* acutum, gibboſum.

3. *Venter* latus, planus.

4. *Os* ſeu *Rictus* mediocris.

5. *Apertura Branchiarum* exigua.

6. *Membrana Branchioſtega* oſſicula ſex gracilia, teretia, & modice incurvata utrinque continet, quorum ſupremum eſt longiſſimum, infimum breviſſimum & tenerrimum: omnia cute nigra ſunt contecta, quae continuatio eſt communis integumenti piſcis.

7. *Branchiae* quatuor ab utraque parte; ſingulae exteriorum trium conſtant arcu concavo, cartilagineo, in quo duplex dentium ordo: Convexae parti affigitur duplex ſeries plumarum: Quarta ſeu intima habet unum dentium ordinem, unumque plumarum.

8. *Dentes* multi, parvi, in utraque maxilla, nec non duo dentium ordines in faucium parte inferiore, quibus reſpondent duo circulares ordines dentium in parte reſpondente ſuperiori; Palatum & Lingua glabra, cute punctis nigris adſperſa, obducta.

9. *Cor* quadrilaterum, *Aorta* alba.

10. *Diaphragma* craſſum, robuſtum.

11. *Peritonaeum* craſſum, argenteum.

12. *Hepar* albeſcens, indiviſum, ſimplex, abdomine bevius.

13. *Ventriculus* incipit robuſto, conſtricto anguſtoque introitu, ubi tranſit Diaphragma (§. 10.); ampliatur dein, deſcenditque, donec curvetur in dextrum latus; ſub curvatura ampliſſimus eſt Ventriculus: adſcendit in dextro latere, deſcenditque in anguſtum Pylorum albeſcentem & fortem.

14. Sequuntur dein *Appendices* multae totum pylorum manicae adinſtar ambientes.

15. *Inteſtinum* longum, convolutum, fimbriatum, plane ut in quadrupedibus Meſenterio adnexum, per quod tranſcurrunt, vaſa albicantia, coëuntia in majores truncos.

16. Hi trunci videbantur deſinere in exiguum corpuſculum hepati adnexum, ex quo, dum incidebatur, ſtillabant guttae albae, lactis adinſtar; an forte *Receptaculum Chyli*?

17. Sub ventriculo reperiebatur corpus Sphaericum, ſanguineo-nigrum, ſorte *Lien.*?

18. *Color* in recens captis ex rubeſcente & nigricante mixtus.

19. *Squamae* nullae, ſed cutis tenax, tuberculis aſperis & nigricantibus undique obſita; ex tuberculis majoribus vero in utroque latere tres ordines longitudinaliter extenduntur, & quartus in ipſo dorſo eminet. Ordo Dorſalis continet duodecim tubercula majora. Ordinum Lateralium Supremus triginta circiter, Medius viginti, & Infimus novem habet tubercula: Verum haec tubercula in diverſis piſcibus numero differunt.

20. *Prominentia* vel appendix cutacea a capite ad dorſalem pinnam extenſa, quam nonnulli pro pinna habuere.

21. *Pinnae* in toto piſce ſex, ſcilicet in Dorſo una, ad Pectus duae, in Ventre unica, ad Anum unica & Cauda.

22. *Pinna Dorſalis* in extremo dorſo verſus caudam ſita, officulorum viginti inermium.

23. *Pectorales* duae, utrinque unica, latae, poſt opercula branchiarum ſitae, officulorum viginti.

24. *Pinna Ventralis* unica, ſingularis formae, in ipſo pectore fimbriae ſubrotundae adinſtar, horizontaliter pectori affixa, in medio protuberantias quasdam exiguas quindecim circiter numero continens: unde vulgus ait, hunc piſcem ſigno ſolis inſignitum eſſe.

25. *Pinna Ani* unica, e regione pinnae dorſalis, officulis novem vel decem inſtructa.

26. *Cauda* quadrata, oſſiculorum duodecim.

27. Inhabitat Mare Brittannicum, Germanicum, & Balticum.

Belgis *Snotolf*, *Engelſe Lomp.* Zelandis *Klieft.*

Arted.

Arted. Gen. 41. Linn. Gen. 106.

LOPHIUS.

Corpus monſtroſum, plagioplateum, *Pinnulae Carneae* ſeu *Appendices* quaedam latera piſcis horizontaliter ambientes.

Caput plagioplateum, corpus magnitudine aequans, ſed latitudine multo ſuperans.

Membrana Branchioſtega officulorum novem utrinque.

Pinnae ſeptem vel octo. In *Dorſo* unica vel duae.

128. LOPHIUS ore cirroſo. *Arted. Gen. 41. n. 1. Synon. p. 87. n. 1.*

Belgis *Zee Duyvel.*

Rana piſcatrix. *Dale hiſt. of Harw. p. 422. n. 4. Merret. pin. p. 186. Boſſuet. epigr. p. 156. Jacob. Mus. Reg. p. 1. ſ. 3. §. 42. de piſc. Miſcell. nat. curios. 1694. p. 204.*

Rana marina. *Bellon. aquat. 85.*

Batrachus capite rictuque ranae. *Klein. miſſ. 3. p. 15. n. 1.*

1. *Figura* gyrinum refert, omnino plagioplatea.

2. *Caput* magnitudine corporis, eoque multo latius, circulare, plagioplateum; *Rictus* oris ingens.

3. *Os* nonnihil ſurſum ſpectat, ſemilunare, in apice capitis.

4. *Maxilla Inferior* ſuperiore longior, mobilis, labio craſſo donata, dentes tegente; Maxilla Superior labio caret.

5. *Dentes* in utriſque maxillis, faucibus & ad radicem *Linguae*, quae lata eſt.

6. *Dentes* in maxilla ſuperiore tribus ordinibus, in inferiore duobus, magni, acuti, introrſum ſpectantes ac mobiles, extrorſum vero immobiles, albidi.

7. *Nares* nullae foris conſpicuae.

8. *Oculi* plani, obliqui, ſuperne in capite parum elevati, in latera & ſurſum ſpectantes, multum inter ſe diſtantes, cute capitis communi tecti, magni, duas uncias magnitudine fere capientes, roſtro quam operculis propiores: *Pupilla* ovalis coerulea; *Iris* albido-flava, lineolis coeruleis, e centro quaſi ad marginem exaratis picta.

9. *Spinae* aliquot ad maxillam ſuperiorem & oculos.

10. *Dorſum* rectum, planum, a capite ad caudam declive.

11. *Squamae* nullae, ſed *Cutis* tenuis, alepidota, laxa, albido-brunea, in lateribus & ventre albida.

12. *Linea Lateralis* utrinque unica, ab oculis ad pinnam pectoralem curvata, inde ad anum arcuata, verſus caudam recta deſcendit, albida, punctis bruneis picta.

13. *Appendices Carnoſae* horizontaliter piſcis latera ambientes, variae magnitudinis, ſed maxima eſt trium linearum; a roſtri apice ad pinnas uſque pectorales numerantur quatuordecim, & ab his ad caudam utrinque viginti & una, praeter innumeras minores.

14. Ante Pinnam Dorſi Primam tres ſunt *Circinni* tenues, mobiles & flexiles, quorum *Primus* maximus, quatuor uncias longus, in apice tuberculo oblongo, rotundo inſtructus, cui proxime adeſt *Alter*, priori parum brevior, itidem flexilis, apice minori globulo inſtructo praeditus; hunc diſtantia trium unciarum ſequitur *Alius*, praecedentibus multo brevior, trium unciarum longitudinem aequans: Baſin ſingulorum tegit membrana parva.

15. Hos circinnos ſequitur *Pinna Dorſi Prima* e regione pinnarum pectoralium orta, officulorum trium ſimplicium & mollium, quorum primum tres uncias & quinque lineas, & ultimum vix unciam longitudine capit.

16. *Pinna Dorſi Secunda* prope caudam ſita, oſſiculis duodecim ſimplicibus ſuffulta, membrana ſatis craſſa utrinque tectis.

17. *Pinnae Pectorales*, ſeu ut quidam malunt *Laterales* in margine piſcis ante opercula branchiarum ſitae, oſſiculis viginti quinque indiviſis, & membrana craſſa oſſicula ad apices uſque laxe veſtiente inſtructae.

18. *Pinnae Ventrales* in medio ventre ſibi mutuo vicinae, breves, latae, oſſiculorum digitorum adinſtar quinque, ultra mediam partem ramoſorum, & membrana tenui laxe tectorum. Hae pinnae ſe poſſunt tantum ſurſum ac deorſum movere, nullo modo in latera.

19. *Pinna Ani* e regione pinnae dorſalis ſecundae, mox poſt anum ſita, officulorum novem ſimplicium.

20. *Cauda* integra, officulis inſtructa octo craſſis, quorum primum & ultimum ſimplicia, reliqua vero intermedia ultra medium ramoſa.

21. *Branchiae* tantum tres ad latera apparent.

22. *Apertura Branchiarum* magna, utrinque ſub pinnis pectoralibus conſpicua.

23. *Membrana Branchioſtega* officula habet novem, quorum primum ſemi-lunare, extrorſum flectitur; ſecundum contrario inflexu longius eſt, reliqua eodem inflexu longiora evadunt, ad quintum uſque; ſextum vero brevius & ſeptimum adhuc brevius, ſed firmius.

24. *Partes internas* deſcripſit *Charleton in Rana Piscatrice in mantiſſ. anat. p. 201.*

25. *Locus*, Mare Septentrionale.

129. Lophius fronte unicorni. *Arted. Synon. p.* 88. *n.* 2.

Batrachus capite vomeris inſtar cornuto. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 16. *n.* 8.

Guajacuja Braſil. *Willugb. icht. p.* 89. *t.* 2. *f.* 3. *Margr. hiſt. bras. p.* 143.

Corpus plagioplateum, ad pinnas pectorales latiſſimum, ad caudam anguſtisſimum, figuram fere Praecedentis N. 128. aequans, tuberculis craſſis, rotundatis, elevatis, duris, ſtriatis, baſi lata praeditis, ſparſim ſitis tectum, non diſſimilibus ab illis, quae Cyclopteri N. 127. latera tegunt.

In lateribus utrinque adſunt quamplurimi parvuli *Cirruli* viſum fere fugientes.

Roſtrum breve, oſſeum, e cranio productum, acutum.

Pinnae ſeptem; duae ſcilicet Pectorales, totidemque Ventrales, una Dorſi, Ani, & Cauda.

Pectorales ut in prima ſpecie.

Ventrales, ut in eâdem.

Pinna Dorſi ſitu anteriore quam pinna ani in extremo dorſo, unica, perparva.

Pinna Ani, ut in antecedente ſpecie.

Cauda ſubrotunda.

Inhabitat Braſiliam.

Comparavi ex Muſeo Sebae.

MUSEUM ICHTHYOLOGICUM.

Ordo Quartus

continens

CHONDROPTERYGIOS.

CALLORYNCHUS.

Corpus oblongum, cathetoplateum, alepidotum.

Caput craſſitudinem corporis aequans, laeve, declive in *Roſtrum*; pendulum, membranaceum; mire formatum; ſub quo *Os* anguſtum, *Denticulis* in maxillis utriſque munitum, latitat.

Foramen Branchiarum utrinque unicum in infimo capite.

Pinnae ſeptem; in *Dorſo* duae. Poſt *Anum* nulla.

130. CALLORYNCHUS.

1. *Piſcis* chondropterygius, cathetoplateus, oblongus, alepidotus, glaber, argenteus, in dorſo & lateribus ſuperioribus aureo ſulgore reſplendens.

2. *Caput* inſigne, latitudinem & altitudinem corporis aequans, a dorſo in roſtrum admodum declive, convexum; a lateribus planum, cute laxa tectum, quae variis lineolis ſuturae adinſtar ornata eſt.

3. *Roſtrum* membranaceum, mire formatum, pendulum, ex duabus quaſi partibus conſtructum; 1° cutis communis capitis protrahitur per longitudinem ſeptem linearum, eaque in exortu ſatis lata & quo longius a capite recedit, eo latior evadit, ibique admodum compreſſa & ab inferiore parte multis foraminibus intercutaneis perforatur; 2° huic parti alia pars etiam membranacea tranſverſim affigitur, figuram habens tranſverſam cordatam ſeu partem inferiorem latiorem ſinuatam, & ſuperiorem anguſtiorem.

4. *Os* in inferiore parte capitis mox ſub roſtro, anguſtiſſimum labiis carnoſis inſtructum, quorum inferius longius & latius, ſuperius labium ore clauſo tegens.

5. *Dentes* ſeu potius tubercula ſcabra in utriſque maxillis.

6. *Nares* in inferiore capitis parte ſub roſtro in maxilla ſuperiore ſitae, foramine utrinque unico lato inſtructae, & valvula membranacea pyramidali foramina in duas partes dividente ornatae.

7. *Oculi* in lateribus capitis & quidem in parte ejus ſuperiore ſiti, medio inter opercula & roſtrum, horizontaliter ovati, mediocres, tunica propria contecti, *Iride* argentea & *Pupilla* perpendiculariter ovata inſtructi.

8. *Opercula Branchiarum* in lateribus clauſa, ſed in infimo capite mox ante pinnas pectorales utrinque unico foramine, parvo hiatu patente, inſtructa.

9. *Dorſum* a capite ad caudam ſenſim declive, convexum, anguſtum, ante & poſt pinnam dorſi ſecundam utrinque unico minimorum aculeorum ordine inſtructum.

10. *Latera* convexa, prope caput lata, verſus caudam gracileſcentia.

11. *Venter* latus, planus.

12. *Anus* caudae propior quam capiti, inter pinnas ventrales ſitus; ante hunc propendebat Penis retractilis ſeptem lineas longus & quatuor latus.

13. *Linea Lateralis* parum curva, dorſo proxima, eique fere parallela, ſatis conſpicua, ab oculos ad caudam extenſa.

14. *Cutis* alepidota, glabra, craſſa.

15. *Pinnae* in toto piſce ſeptem; ſcilicet duae in Dorſo, totidem in Pectore, & ventre; & ad Caudam unica.

16. *Pinna Dorſi Prior* e regione pinnarum pectoralium orta, mox poſt caput ſita, figura triangulari, officulis inſtructa cartilagineis, excepto primo maximo unciam aequante, oſſeo, duro, rigido, aculeato, ab anteriore parte glabro, a poſteriore duobus ordinibus

aculeorum ferrato, reliquis cum officulis per membranulam parvam connexo.

17. *Pinna Dorsi Secunda* figura triangulari uti in anteriore, qua parum longior, nec tam alte elevata, a priore multum diffita.

18. *Pinnae Pectorales* mox post foramina branchiarum in imis lateribus sitae, sibi invicem approximatae, magnae, triangulares.

19. *Pinnae Ventrales* parvae, in imis latereribus ad latera ani sitae, figura fere triangulari.

20. *Pinna Ani* nulla.

21. *Cauda* in duos lobos divisa, quorum superior inferiori decuplo major, oblique sursum excurrit, linearis, angustus, in acumen vergens: Huic lobo adnectitur ad basin inferior lobus minimus, rotundo-oblongus.

22. Longitudo tota a rostro usque

ad finem caudae	——	:	—	9	— 8
ad lobum caudae superiorem		:	—	7	— :
ad lobum caudae inferiorem		:	—	6	— 2
ad ejus finem	— —	:	—	6	— 9
ad pinnam dorsi primam		:	—	2	— 6
ad ejus finem	— —	:	—	3	— 4
ad pinnam dorsi secundam		:	—	4	— 7
ad ejus finem	— —	:	—	6	— 1
ad pinnas ventris	—	:	—	3	— 9
ad earum fines	— —	:	—	4	— 8
ad anum	—— ——	:	—	4	— :
ad ejus finem	——	:	—	4	— 3
ad pinnas pectoris	—	:	—	2	— 5
ad earum fines	——	:	—	4	— 8
ad opercula	— —	:	—	2	— 2
ad oculos	— —	:	—	1	— 6
ad eorum fines	— —	:	—	2	— :
ad os	— — —	:	—	:	— 9

Comparavi ex Musco Sebae.

Artcd. Gen. 43. Linn. Gen. 104.

ACIPENSER.

Corpus oblongum, cathetoplateum.

Caput cathetoplateum, ab oculis in rostrum declive, sub quo cirri aliquot. *Os* subtus, tubi ——adinstar, edentulum.

Foramen Branchiarum utrinque unicum.

Pinnae septem.

131. ACIPENSER corpore tuberculis spinosis aspero. *Arted. Gen.* 43. *n.* 1. *Synon. p.* 91. *n.* 1. *Linn. faun. suec.* §. 271. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 6.

Acipenser cute asperrima, quasi tessellata seriebus tuberculorum rigidorum, ad latera quidem minimorum & clypeiformium, unica majorum in dorso, capite in rostrum obtusum producto. *Klein. miss.* 4. *p.* 12.

Acipenser s. Sturio. *Blas. anat. p.* 259. *t.* 49. *f.* 2, 3, 12.

Acipenser. *Bossuet. epigr. p.* 174. *Merret. pin.* 188.

Silurus. *Matthiol. in Dioscor. l.* 2. *c.* 26. *p.* 303. *Valent. mus. museor. Germ. p.* 486.

Piscis Stoer. *Mus. Besl. t.* 17.

Silure. *Pomet. hist. de drogues. p.* 75. *fig. opposit.* nil valet.

Sturio. *Bellon. aquat.* 98. *Dale hist. of Harw. p.* 434. *n.* 6. *Dale. pharm. p.* 405. *n.* 12.

Belgice *Steur.*

Rarus piscis in Mari Septentrionali, aliquando attamen reperitur, & in nostra fora affertur.

Arted. Gen. 44. Linn. Gen. 103.

SQUALUS.

Corpus oblongum, plerumque cathetoplateum vel subrotundum, *Cute* aspera tectum.

Caput plagioplateum. *Oculi* in lateribus capitis. *Os* plerumque in prona capitis parte seu subtus, transversim situm.

Foramina Branchiarum utrinque quinque, longitudinaliter a lateribus capitis ad pinnas pectorales sita.

Pinnae septem vel octo.

132. SQUALUS rostro cuspidato, osseo, plano, utrinque dentato. *Arted. Gen.* 44. *n.* 1. *Synon. p.* 93. *n.* 1. *Linn. faun. suec.* §. 270.

Xiphias. *Blas. anat. p.* 307. *t.* 49. *f.* 13. & *p.* 466. §. 11.

Pristis. *Mus. Besler. p.* 63. *t.* 17. *Mus. Worm. p.* 288. *c.* 15.

Pristis,

Priſtis, ſive Serra. *Olear. muſ. p.* 41. *t.* 25. *f.* 1.

Priſte, ò Sega. *Moſcard. muſ. l.* 3. *c.* 67.

Serra piſcis. *Jacob. Muſ. Reg. p.* 1. *f.* 3. §. 13.

Galeus roſtro longo plano, firmo, oſſeis ſpinis validis compreſſis rectis ex adverſo ſitis ſerrae inſtar munito. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 12. *n.* 11.

Zwaardviſch. *Valent. piſc. amb. tom.* 3. *t.* 52. *f. Y.*

Sage-fiſch. *Valent. muſ. muſeor. Germ. p.* 488.

Spadon. *du Tertre hiſt. des Antill. tom.* 2. *p.* 199. §. 3.

Araguagua. *Piſo. hiſt. nat. ind. p.* 54. *Marcg. hiſt. braſ. l.* 4. *c.* 10. *p.* 159.

Belgis *Zwaardvis*, *Zaagviſch.*

Roſtrum utrinque plerumque aculeos oblongos viginti duos tenues gerit, imo & plures aliquando.

133. SQUALUS dentibus acutis, dorſo vario inermi, pinna ani carens.

1. *Caput* totum a roſtro ad pinnas pectorales plagioplateum, anterius obtuſum.

2. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, cinereum, in dorſo & capite nigro maculatum, omnino cute ſcabra tectum.

3. *Nares* in inferna capitis parte, ori vicinae, maximae.

4. *Oculi* oblongi, in ſuprema capitis parte.

5. *Foramen* utrinque unicum, ſemilunare, poſt oculos in inferna parte.

6. *Os* in inferna capitis parte, transverſum, ſeptem dentium ordinibus armatum, in utrisque maxillis.

7. *Aperturae Branchiarum* quinque utrinque.

8. *Pinnae* in toto piſce ſeptem, ſcilicet duae Dorſales, duae Pectorales, totidem Ventrales & una Caudae.

9. *Pinna Dorſi Prima* parva, longius quam ventrales a capite diſſita, nullis aculeis, ſed radiis cartilagineis inermibus ſuffulta.

10. *Pinna Dorſi Poſterior* parva, longe a priore diſſita, in rmis.

11. *Pinnae Pectorales* ſatis magnae, ſubrotundae, horizontaliter in lateribus infimis ſitae, in extremo latiores, quam ad exortum, radiis cartilagineis ſuffultae.

12. *Pinnae Ventrales* duae, ſibi approximatae, in infimis lateribus ſitae ad latera ani, capiti propiores quam pinna dorſalis prima, a pectoralibus haud longe diſſitae, oblongae, margine rotundato inſtructae, radiis cartilagineis inermibus praeditae.

13. *Pinna Ani* nulla.

14. *Cauda* ex unico tantum lobo conſtructa, oblonga linearis, ſeu ubique eandem latitudinem ſervans in extremo aequalis.

15. Longitudo tota a roſtro

ad finem caudae	—	:	—	11	—	:
ad initium caudae	——	:	—	7	—	8
ad pinnam dorſi ſecundam	:	—	6	—	3	
ad ejus finem	— —	:	—	6	—	8
ad pinnam dorſi primam	:	—	4	—	2	
ad ejus finem	— —	:	—	4	—	6
ad pinnas ventrales	—	:	—	3	—	1
ad earum fines	—	:	—	3	—	8
ad pinnas pectorales	—	:	—	1	—	6
ad earum fines	— —	:	—	2	—	7
ad branchiarum foramina	—	—	1	—	4	
ad oculos	—	——	:	—	:	— 8
ad os	——	——	:	—	:	— 5

16. Altitudo maxima corporis

ad pinnas pectoris	—	:	—	:	—	8
minima ante caudam	—	:	—	:	—	3

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

134 SQUALUS pinna ani nulla, corporis ambitu ſubrotundo. *Arted. Gen.* 44. *n.* 3. *Synon. p.* 94. *n.* 3. *Linn. faun. ſuec.* §. 269. *Linn. it. Weſtrog. p.* 174. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 12.

Galeus acanthias ſive ſpinax. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 8. *t.* 1. *f.* 5. 6. *Dale hiſt. of Harw. p.* 420. *n.* 3.

Galeus, Muſtelus Spinax. *Dale. pharm. p.* 42. *n.* 43.

Doornbaay Catvicenſibus.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, ſubrotundum, cute ſcabra in dorſo cinereo colorata, & in ventre albida tectum.

2. *Caput* ſatis longum, craſſitudine corporis, in *Roſtrum* conicum elongatur, in cujus parte anteriore & inferiore *Nares* ſitae ſunt.

3. *Os* in inferna capitis parte, transverſum, dentibus acutis & latis, variis ſeriebus in utrisque maxillis diſpoſitis munitum.

4. *Oculi* in lateribus inferioribus capitis, ori quam apici roſtri propiores.

5. *Foramina Branchiarum* quinque, in inferioribus lateribus utrinque mox ante pinnas pectorales ſita.

6. *Pinnae* in toto piſce ſeptem, nimirum duae Dorſales, totidem Pectorales, & Ventrales, & una Caudae.

7. *Pinna Dorſi Prior* longe a capite remota, mediocris magnitudinis, oſſiculis cartilagineis inſtructa, inermibus, excepto primo oſſiculo breviſſimo craſſiſſimo & aculeato.

8. *Pinna Dorſi Poſterior* longe a priore diſſita, eâque minor, oſſiculis cartilagineis inermibus inſtructa, excepto primo oſſiculo longiſſimo, quod craſſum, oſ-

ſeum, ſplendens & aculeatum.

9. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque una, in infimis lateribus ſitae, triangulares, radiis inermibus cartilagineis inſtructae.

10. *Pinnae Ventrales* in infimo ventre ſibi approximatae, ad latera ani ſitae, fere parallelogrammae oſſiculis cartilagineis inſtructae.

11. *Anus* inter pinnas ventrales, fere medio inter pinnas pectorales & caudam.

12. *Pinna Ani* nulla.

13. *Cauda* in duos lobos diviſa, quorum pars ſuperior inferiore tripio longior.

14. Inhabitat Mare Septentrionale ſatis frequenter.

15. Longitudo tota a roſtro

ad finem caudae	——	: — 9 —	5
ad oculos	— —	: — : —	8
ad pinnas pectoris	—	: — 2 —	3
ad pinnas ventrales	—	: — 5 —	3
ad pinnam dorſi primam		: — 3 —	6
— — — ſecundam		: — 6 —	3
ad caudae initium	——	: — 8 —	:
ad finem lobi minoris	—	: — 8 —	8
ad os	——	—— : — 1 —	:

135. SQUALUS dentibus obtuſis, ſeu granuloſis. *Arted. Gen.* 44. *n.* 2. *Synon. p.* 93. *n.* 2.

Galeus laevis, ore aspero Acanthiae ſimili. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 9.

Galeus laevis. *Blas. anat. p.* 276.

Muſtelus laevis Salviani. *Willugb. icht. t. B.* 5.

Quoad formam externam coloremque optime convenit cum mox deſcripto.

Pinnae octo; ſcilicet duae Dorſales, quae nullo aculeo ſunt inſtructae, duae Pectorales, duae Ventrales, una Ani, & Cauda: caeterum Corpus & Pinnae ſe habent, ut in priore mox deſcripto.

136. SQUALUS capite obtuſo, cirris duobus ad maxillam ſuperiorem, dorſo vario inermi.

1. *Corpus* oblongum, craſſum, cute ſcabra tectum, in dorſo & lateribus bruneum albis lineolis tortuoſis latis pulcre variegatum; in ventre albidum.

2. *Caput* in antica parte obtuſum, latum, ſuperne convexum, corpore medio parumper latius.

3. *Oculi* anguſti, parvi, horizontaliter oblongi, in infimis lateribus capitis ſiti.

4. *Foramen* parvum utrinque poſt oculos patens.

5. *Nares* medio inter os & extremum capitis ſitae, longe a ſe diſtantes.

6. *Os* transverſum in inferna capitis parte, denticulis granuloſis munitum, ad maxillam ſuperiorem, mox ſub naribus duobus crasſis *Cirris* inſtructum, duarum linearum longitudinem aequantibus.

7. *Dorſum* a capite ad caudam recto ductu deſcendit, in ſupremo in aciem quodammodo contractum, oblique in latera declinans, quae rotunda abeunt in abdomen convexum latiſſimum.

8. *Aperturae Branchiarum* mox ante pinnas pectorales ortae oblique ſurſum tendunt, externe quatuor foraminibus utrinque perviae, quorum ultimum per membranam longitudinaliter in duo dividitur; hinc etiam foramina quinque, ut in aliis ſpeciebus adſunt.

9. *Pinnae* in toto corpore octo; nimirum in Dorſo duae, totidem Pectorales, & Ventrales, una Ani & Cauda.

10. *Pinna Dorſi Prima* capiti parum propior quam Ventrales, parva, ſubrotunda, radiis cartilagineis inermibus ſuffulta.

11. *Pinna Dorſi Secunda* a priore longe diſſita, parva, radiis cartilagineis inermibus inſtructa.

12. *Pinnae Pectorales* ſatis magnae, in infimis lateribus ſitae, triangulares, apicibus rotundatis inſtructae, & radiis cartilagineis inermibus ſuffultae.

13. *Pinnae Ventrales* parvae, ſibi proximae ad latera ani cartilagineis radiis inſtructae.

14. *Pinna Ani* longe ab ano diſſita, parva, mox ante caudam ſitae, cartilagineis radiis inermibus ſuffulta.

15. *Pinna Caudae* longa, linearis, ubique ejusdem latitudinis, ex unico lobo tantum conſtructa.

16. Longitudo a roſtro uſque

ad finem caudae	——	: — 11 —	5
ad ejus initium	——	: — 6 —	2
ad pinnam dorſi ſecundam		: — 4 —	5
ad ejus finem	— —	: — 5 —	4
ad pinnam dorſi primam		: — 3 —	4
ad ejus finem	— —	: — 4 —	4
ad pinnam ani	——	: — 5 —	2
ad ejus finem	— —	: — 5 —	9
ad pinnas ventrales	—	: — 3 —	5
ad earum fines	— —	: — 4 —	3
ad anum	—— —	: — 3 —	8
ad pinnas pectorales	—	: — 1 —	7
ad earum fines	——	: — 3 —	1
ad aperturam primam branchiarum	——	: — 1 —	3
ad ultimam aperturam		: — 1 —	9
ad oculos	— — —	: — : —	8
ad nares	—— ——	: — : —	3
ad os	—— ——	: — : —	5

17. La-

17. Latitudo corporis maxima
ad caput — — — : — 1 — 5
ad anum — — — : — : — 5
ad finem caudae —— : — : — 1
18. Altitudo ad pinnas pectorales — : — 1 — 2
ad pinnam ani — — : — : — 7
ad medium caudae —— : — : — 9
ad ejus finem — — : — : — 5
Comparavi ex Muſeo Sebae.

137. SQUALUS pinna ani nulla, ore in apice capitis. *Arted. Gen.* 44. *n.* 6. *Synon. p.* 95. *n.* 6. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 5.

Rhina ſive Squatina omnium Auctorum. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 14. *n.* 1. *t.* 11. *f.* 5. 6.
Squatina. *Moſcard. Muſ. l.* 3. *c.* 65. *Dale hiſt. of Harw. p.* 422. *n.* 3. *Dale pharm. p.* 411. *n.* 40.
Schoerbay & *Pakbay* Belgis.
Inhabitat Mare Septentrionale, ubi in immenſam quandoque magnitudinem excreſcit.

138. SQUALUS dorſo plano, dentibus plurimis ad latera ſerratis. *Arted. Gen.* 44. *n.* 14. *Synon. p.* 98. *n.* 14.

Cynocephalus albus. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 6.
Canis marinus. *Mus. Beſler. t.* 17.
Canis Carcharias. *Blas. anat. p.* 263. *Steno. Myolog. p.* 90. *Dale pharm. p.* 412. *n.* 42.
Hujus maxillae repraeſentantur ſub titulo Mandibulae Canis Marini. *Muſ. Beſler. p.* 66. *t.* 17.
Rictus Canis Carchariae. *Jacob. muſ. reg. p.* 1. *ſ.* 3. §. 7. *t.* 1. *n.* 7.
Integrum juniorem piſcem donavit D. DANIEL LUYX MASSIS.

139. SQUALUS capite latiſſimo transverſo, mallei inſtar. *Arted. Gen.* 44. *n.* 7. *Synon. p.* 96. *n.* 7.

Oſtracion fronte arcus figura. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 13. *n.* 1.
Zygene. *du Tertre. hiſt. des Antill. tom.* 2. *p.* 207. §. 7.
Zygaena. *Muſ. Beſler. t.* 15. *f.* 1. *Bochart. Hierozoic. part.* 2. *l.* 5. *c.* 15. *Boſſuet. epigr. p.* 166.
Belgis *Kruysbay* & *Balans-vish.*
D. D. JANI NOORTBERGH.

Arted. Gen. 45. Linn. Gen. 102.

RAJA.
Corpus plagioplateum, latum, cujus latera in pinnas terminantur loco pinnarum pectoralium. *Cauda* longe excurrit, gracilis.
Caput plagioplateum. *Oculi* plerumque ſuperne. *Os* ſubtus.
Aperturae Branchiarum quinque utrinque in pectore non longe infra os.
Pinnae quatuor vel ſex.

140. RAJA aculeata, dentibus tuberculoſis, cartilagine transverſa in ventre. *Arted. Gen.* 45. *n.* 2. *Synon. p.* 99. *n.* 2. *Spec. p.* 103. *n.* 1. *Linn. faun. ſuec.* §. 268. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 3.

Daſybatus clavatus, ſpinis clavis ferreis ſimilibus. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 36. *n.* 6.
Raja. *Salvian. aquat.* 149. *Dale hiſt. of Harw. p.* 421. *n.* 3. *Dale pharm. p.* 411. *n.* 39.
Daſybatus clavatus roſtro acuto. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 36. *n.* 7.
Räcka. *Linn. it. Weſtrog. p.* 175.
Vulgaris piſcis in Mari Septentrionali, vocaturque *Roch.*
Corpus fere quadratum, & in elongatam tenuem caudam extenſum, omnino aculeatum. Horum *Aculeorum* maximorum unica ſeries per totam dorſi longitudinem, atque caudae partem ſuperiorem decurrit.
Cauda corpore longior, ſuperne convexa, aculeata, verſus apicem duas *Pinnas Dorſales* rotundatas gerens, praeter *Pinnam Caudae* minimam.

141. RAJA corpore glabro, aculeo longo anterius ferrato in cauda apterygia. *Arted. Gen.* 45. *n.* 3. *Synon. p.* 100. *n.* 3.

Paſtinaca marina. *Moſcard. Mus. l.* 3. *c.* 63.
Paſtinaca. *Dale hiſt. of Harw. p.* 421. *n.* 1.
Paſtinaca marina. *Dale pharm. p.* 411. *n.* 38.
Leiobatus in medio craſſus ad margines tenuis, laevis, ore exiguo, maxillis granulatis: cauda tenui mox tenuata, tandem in exiguam veluti ferram deſinente, proceſſu oſſeo digiti longitudine ferrato praedita. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 33. *n.* 5.
Vulgaris piſcis in noſtris littoribus Catvicenſibus menſe Auguſto, ubi *Pylſtaart* nominatur.

142. RAJA dorſo ventreque glabris, aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. *Arted. Gen.* 45. *n.* 7. *Synon. p.* 101. *n.* 7.

Daſybatus in utroque dorſi latere macula magna oculo ſimili, roſtri ſupina parte aſpera, in cauda quinque ſpinarum ordines; pinnae duae. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 35. *n.* 2. ?

Raja laevis oculata, with only two blak ſpots on the bak, one at each ſide. *Raj. epiſt. ad. Liſt. p.* 130.
Vulgo apud nos in Mari Septentrionali.

143. RAJA varia, dorſo medio glabro, unico aculeorum ordine in cauda. *Arted. Gen.* 45. *n.* 9. *Synon. p.* 102. *n.* 9.

Inhabitat Mare Septentrionale.

Arted. Gen. 42. Linn. Gen. 105.

PETROMYZON.

Corpus oblongum, teres, glabrum.
Caput oblongum. *Os* in apice capitis, cujus orificium perpendiculariter ſectum eſt.
Aperturae Branchiarum utrinque ſeptem, longitudinaliter ſitae, & unica in medio capite inter oculos.
Pinnae tantum duae, eaeque in dorſo.

144. PETROMYZON unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris, praeter inferiores majores. *Arted. Gen.* 42. *n.* 1. *Synon. p.* 89. *n.* 1. *Spec. p.* 99. *n.* 1. *Klein. miſſ.* 3. *p.* 29. *n.* 1.

Petromyzon pinna dorſali ſecunda angulata. *Linn. faun. ſuec.* §. 278.
Lampetra. *Blas. anat. p.* 278. *Dale hiſt. of Harw. p.* 424. *n.* 1. *Dale pharm. p.* 402. *n.* 1.
Lampetra fluviatilis. *Marſigl. Danub. tom.* 4. *t.* 1. *p.* 2.
Jaatz me unagi. *Kaempfer. hiſt. of Japan l.* 1. *t.* 12. *f.* 2. *Angl.*
Belgis *Prik*, *Negen-oog*.
Inhabitat Mare Septentrionale.

Nunc Methodus Artediana exigeret, Quintum inchoari Ordinem, qui PLAGIURORUM ſiſteret deſcriptiones, verum quum horum Species tam raro ſunt comparandae, atque in tam vaſtas excrescant moles, ut Privatorum Muſea prae volumine eas complecti non poſſint; hinc non miretur Benevolus Lector, horum nulla Specimina penes me aſſervari; itaque de his deſiſto & inſcribo

FINEM.

Dabam ex Muſeo Primo Maji MDCCLIV.

APPEN-

APPENDIX

DUBIARUM SPECIERUM.

145. BLENNIUS capite dorſoque fuſco-flaveſcente, lituris nigris, pinna ani flava. *Arted. Synon. p* 45. *n.* 7. *Gronov. act. ups.* 1741. *n.* 23. item *act. ups.* 1742. *p.* 87. *ibique deſcr. Linn. it. Weſtrog. p.* 182.

Muſtela vivipara. *Schoneveld. p.* 49. *Arted. Gen. append. p.* 83.

Muſtela vivipara Noſtratibus the Guffer, quibusdam Eelpout. *Sibald. ſcot. illuſtr. part.* 2. *l.* 3. *c.* 7. *p.* 25. *t.* 19.

Viviparus Eelpout. *Grew. muſ. p.* 95. *part.* 1.

Catvicenſibus *Pilatus visje*, Harderovicenſibus *Magaal*; *Quab-aal*, Vlielandis *Mag e.*

Corpus longum, lubricum, a capite ad anum ſubrotundum, inde cathetoplateum, alepidotum.

Anus capiti propior. *Linea Lateralis* in mediis lateribus.

Caput cathetoplateum, anterius obtuſum; *Maxillae* aequales, *Dentibus* minimis, qui labiis teguntur, inſtructae.

Opercula Branchiarum apertiſſima.

Membrana Branchioſtega officulorum ſex utrinque.

Pinna unica contigua *Dorſum* & *Caudam* usque ad *Anum* percurrit, uti in anguillis.

Incipit enim non procul a capite & progreditur verſus caudam, (quae acuta), cum hac conjuncta tandem longius procedendo deſinit ad anum, ſuffulta oſſiculis ſimplicibus inermibus: Haec Pinna in Dorſo ad digiti fere diſtantiam a cauda parvum deliquium patitur; quod notandum.

Pectorales Pinnae duae, unica utrinque ſubrotunda, officulorum novemdecim ramoſorum.

Ventrales Pinnae ante pectorales in pectore ſitae, ſibi approximatae, parvae, officulorum duorum ſimplicium inermium.

Piſcis viviparus marinus, viginti ſeptem, imo quadraginta ſeptem foetus non nunquam gerit.

Inepte non tantum docet Schoneveldius pinnam dorſi ante caudam deſinere, ſed & etiam praeſentiam dentium negat.

Sub quonam Malacopterygiorum Genere reponi debeat, incertus haereo, proxime ad Anarrhicham accedit.

146. PISCICULUS Amboinenſis volans, oſſeo-tuberculoſus, proboscide ſerrata. *Ruyſch. theſ. prim. anim. t.* 7. *f.* 2. *D.*

1. *Caput* plagioplateum, tuberculoſum, inter oculos cavernoſum, antice contractum in

2. *Roſtrum* ſubacutum, breve, a lateribus ſcabrum, depreſſum, inferne ſulcatum, in cujus baſi ſitae ſunt

3. *Nares* oculis quam roſtri apici propiores, unico foramine tantum inſtructae.

4. *Oculi* in lateribus capitis ſiti, inferne & in latera ſpectantes, orbitâ convexa & prominente ſuperne inſtructi.

5. *Os* anguſtum, latitudine capitis multo minus.

6. *Dentes* in utrisque maxillis minimi.

7. *Maxilla Inferior* anguſta, acuta, mobilis, ſuperiore brevior.

8. *Aperturae Branchiarum* amplae, inferne apertae.

9. *Membrana Branchioſtega* ſub operculis latitans, officulorum . . . . .

10. *Corpus* a capite ad pinnam usque ani fere circulare, inaequale, plagioplateum, capite craſſius, dein ad caudam usque evadit quadratum, octo crenis ſeu inciſuris, quarum anguli in apophyſes compreſſas breves & latas abeunt, inſtructum;

11. *Pectus* & *Venter* plana, ſquamis oſſeis tecta, dura, ad pinnas pectorales latiſſima, inde decreſcentia ad anum uſque.

In medio ventre eſt Tuberculum oblongum, in cujus lateribus pinnae ventrales ſunt impoſitae.

12. *Anus* magnus, medio inter pinnas Ventrales & pinnam ani, caudae quam capiti propior.

13. *Linea Lateralis* nulla conſpicua.

14. *Pinna Dorſi* unica, in extremo dorſo, e regione pinnae ani, officulorum quatuor inermium & ſimplicium.

15. *Pectorales Pinnae* duae, unica utrinque, poſt branchiarum opercula ſitae, magnae, officulis inſtructae decem rigidis, ſimplicibus, aculeatis, verſus caudam parum inflexis, membrana valida, tenui, pellucida, cinerea & nigro-maculata connexis.

16. *Ventrales Pinnae* ſi pro pinnis habendae, ſunt binae, in infimo ventre prope ad anum ſitae, ſibi proximae, ex unico longo flexili, ſimplici, nulla membrana aucto officulo conſtructae, uncialem longitudinem aequantes.

17. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, officulorum quinque ſimplicium, mollium & inermium.

18. *Cauda* parva, officulis ſuffulta . . . .

19. Inhabitat mare prope Amboinam.

20. Longitudo tota ab apice roſtri uſque

ad finem caudae	—	: —	2 — 9
ad caudae initium	—	: —	2 — 6
ad nares — — —	: —	: —	2
ad oculos — —	: —	: —	4
ad eorum fines — —	: —	: —	6
ad pinnas pectoris —	: —	: —	8
ad pinnas ventris —	: —	1 —	3
ad anum — —	: —	1 —	6
ad pinnam ani — —	: —	1 —	8
ad ejus finem — —	: —	2 —	:
ad pinnam dorſi — —	: —	1 —	8
ad ejus finem — —	: —	2 —	1

21. Latitudo maxima

ad apicem roſtri	—	: — :	— 1
ad nares —	—	: — :	— 2
ad fines oculorum	—	: — :	— 5
ad pinnas pectoris	—	: —	1 — 4
ad opercula branchiarum		: —	1 — 3
ad anum —	—	: — :	— 9
ad pinnas dorſi & ani		: — :	— 4

22. Altitudo maxima

ad medium oculi	—	: — :	— 4
ad anum —	—	: — :	— 6
ad pinnam ani —	—	: — :	— 4
ad caudam —	—	: — :	— 2

D. D. JANI NOORTBERGH.

FINIS.

EMENDANDA.

Pag.	*Lin.*	*Column.*	*legitur*	*legenda*
9	28	1	Bangot	Bangol
11	verb. infim.		maxima	26. Inhabitat
12	42		Arted. Gen. 10.	Arted. Gen. 11.
13	13	1	Kemm-fish.	Kemm-fiſch.
18	8		catheoplateum.	cathetoplateum.
20	40	2	ſed raro, apud	ſed raro apud
21	8	1	*Pnina*	*Pinna*
34	19	1	*Willug.*	*Willugb.*
57	14	2	*Locus*, Mare	*Locus* Mare
60	29	2	*Besl.*	*Besler.*

EXPLICATIO TABULARUM.

TABULA I.

Fig. 1. ANABLEPS (Pag. 12. N°. 32.) a parte prona.
2. Idem in ſupina parte reclinatus.
3. Idem a laterali parte.
4. CHARAX dorſo admodum prominulo, pinna ani officulorum quinquaginta quinque. (Pag. 19. N°. 53.)
5. CHARAX pinna ani officulorum triginta unius, dorſo leviter convexo. (Pag. 19. N°. 54.)

TABULA II.

Fig. 1. PLECOSTOMUS dorſo monopterygio, ore cirrato, edentulo, officulo ſuperiori caudae bifurcae ſetiformi brevi. (Pag. 25. N°. 68.) a parte prona.
2. Idem a parte ſupina.

TABULA III.

Fig. 1. PLECOSTOMUS dorſo dipterygio, cirris duobus, cauda bifurca. (Pag. 24. N°. 67.) prone.
2. Idem ſupine.
3. CALLICHTHYS cirris ſex, lateribus unico ſquamarum ordine veſtitis. (Pag. 28. N°. 71.) ſupine.
4. Idem prone.

TABULA IV.

Fig. 1. CALLORYNCHUS. (Pag. 59. N°. 130.) a parte prona atque laterali.
2. Idem a parte ſupina.

INDEX

TAB. I.

Fig. 1.



prone

Fig. 2.



supine

Fig. 3



lateraliter

Fig. 4



Fig. 5



A. Dilfes del. et sculp.

BLANK

PAGE

TAB. II.



PLECOSTOMUS

a

Parte supina & Parte prona

A. Delfor del. et sculp.

BLANK

PAGE

TAB. III.

Fig. 1.

Fig. 2.

Fig. 4.

Fig. 3.

A. Delsos del. et sc. 1759.

BLANK

PAGE

TAB. IV.

Fig. 1.

Fig. 2.



BLANK

PAGE

INDEX NOMINUM.

Numeri paginas notant.

Aal. 16.
Aaltraupe. 21.
Abadors. 9.
Abucatuaja. 48.
Abucatuxia. 48.
ACIPENSER. 60.
Acipenſer. 60.
Acus. 1, 9, 10, 12.
Aiguille de arena. 13.
Aiguille de mer. 10.
Aloſa. 6.
ANABLEPS. 12.
ANARRHICHAS. 16.
AMMODYTES. 13.
Ammodytes. 13.
Anguilla. 16.
Araguagua. 61.
ARGENTINA. 6.
Argentina. 6.
Aſellus. 20, 21.
ASPREDO. 8.
Aspredo. 41.
ATHERINA. 23.
Atherina. 23.
Baars. 42.
Balans vis. 63.
BALISTES. 51, 52, 53.
Baliſtes. 53.
Barbus. 5.
Barn. 5.
Batrachus. 53, 57, 58.
Blanke voorn. 2.
BLENNIUS. 32, 33, 65.
Bley. 3.
Bokkum. 5.
Bont Duyfje. 9.
Bot. 15.
Brachsmann. 3.
Brama. 3.
Braſem. 3.
Butterfiſch. 33.
CALLICHTHYS. 27, 28.
Callichthys. 27.
CALLORYNCHUS. 59.
Canis Carcharias. 63.
Canis marinus. 63.
Carapo. 29.
Caraſſius. 3.
Carpio. 5.
Caryſtion. 42, 44.
Cataphractus. 27, 28, 42, 44. 46.
Cavalleto marino. 1.
Cavallo marino. 1
Centriſcus. 49, 50.
Cernua. 41.
CHAETODON. 48, 49.
CHARAX. 19.
Cheval marin. 1.
CLUPEA. 5, 6.
Clypea. 6.
COBITIS. 2.
Cobitis. 2.
Conger. 16.
Corcovado. 34.
COREGONUS. 18.
COTTUS. 46.
Cottus. 21, 23.
Crayracion. 54.
Cuculus. 23, 44.
CYCLOPTERUS. 56.
Cyclopterus. 56.
Cynocephalus. 63.
Cynogloſſus. 14.
Cyprini nitidi. 2.
Cyprinorum rex. 2.
CYPRINUS. 2, 3, 4, 5.
Cyprinus. 3, 4, 5.
Daſybatus. 63, 64.
Donderpadde. 46.
Doornhaay. 61.
Draco marinus. 42.
Dracunculus. 21, 22.
Dreg Dolfin. 27.
Echenei. 12.
ECHENEIS. 12, 13.
Echeneis. 12, 13.
Elft. 6.
Enchelyopus. 2, 13, 17, 21.
Engelſe Lomp. 56.
Eperlanus. 18.
Erdputten. 2.
Erdtruſſchen. 2.
ESOX. 9, 10.
EXOCOETUS. 9.
Faber. 47, 48.
GADUS. 20. 21.
Gadus. 6, 20, 21.
Galeus. 61, 62.
Gallus. 47, 48.
Gallus Grunniens. 46.
GASTEROSTEUS. 49, 50.
Gaſteroſteus. 49.
Geep. 10.
Glanis. 6.
Gornatus. 44.
Groote Kayman. 1.
Guacari. 24.
Guajacuja. 58.
Guamajacu-ape. 54.
Guaperua. 53.
Guara Tereba. 34.
Gunnellus. 33.
GYMNOGASTER. 17.
GYMNOTUS. 29, 30.
Gymnotus. 29.
Halec. 5.
Hamburger. 3.
Harengus. 5, 6.
Haring. 5.
Harnas manneties. 46.
Hauting. 18.
Hepſetus. 23.
Hippocampe. 1.
Hippocampus. 1.
Hippogloſſus. 14.
Hirundo. 9, 44.
HOLOCENTRUS. 40.
Hwitling. 20.
Jaatz me unagi. 64.
Ikan Batoe Bariska. 49.
Ikan Batoe Jang Maha-Aſing. 48.
Ikan Boaja Bezar. 1.
Ikan Djoelong Djoelong. 12.
Ikan Kapelle. 48.
Ikan Kascaſſe. 55.
Ikan Kipas. 51.
Ikan Koeda-Laoet Jang Hidjoe. 1.
Ikan Laoet Jang Koening. 1.
Ikan Peti Bariska. 54.
Ikan Piſau Jang Merah. 1.
Ikan Renne. 28.
Ikan Seythân Merah. 42.
Ikan Terbang Berampat Sajap. 9.
Iperuquiba. 13.
Jordain. 38.
Kabbeljauw. 21.
Karp. 5.
Karper. 5.
Kemm-fiſch. 13.
Klieft. 56.
Klipviſch. 48.
Knorhaan. 44.
Koeto Laoet. 13.
Koning van de Naſteling. 3.
Koning van de Ruy. 3.
Koning van de Voorns. 2.
Kruyshay. 63.
Kwikwi. 28.
LABRUS. 36.
Lampetra. 64.
Lange trompetter. 12.
Latargus. 16.
Leiobatus. 64.
LOPHIUS. 57, 58.
Lucius. 9.
Lumpus. 56.
Lupus. 41.
Lupus marinus. 16.
Lyra. 23, 42.
Mackerel. 34.
Mag-aal. 65.
Magge. 65.
Makreel. 34.
Makril. 34.
Marsbanker. 34.
Maſtacembelus. 10.
Meerputten. 2.
Meerſtruſchen. 2.
Meerval. 6.
Milivipira. 44.
Milvus. 44.
Monoceros piſcis. 51.
Mucu. 17.
MUGIL. 35.
Mugil alatus. 44.
Mullet. 35.

Mullus

Mullus. 43.
Mullus Barbatus. 43.
MURAENA. 16.
Muraena. 16, 17.
Muréne. 16.
Muſtela. 2, 21.
Muſtela maxima. 6.
Muſtela vivipara. 64.
Muſtelus laevis. 62.
Muſtelus ſpinax. 61.
MYSTUS. 34, 35.
Myſtus. 8, 34, 35.
Naſteling. 3.
Negenoog. 64.
Niqui. 46.
Oncorion. 56.
Orphy. 10.
OSMERUS. 18.
OSTRACION. 54, 55.
Oſtracion. 55, 56, 63.
Pakhay. 63.
Paling. 16.
Parabebe. 9.
Para-utoewah. 53.
Paſſer. 14, 15.
Paſtinaca. 64.
Peitsker. 2.
Peixe Gallo. 48.
Peniop Pandjang. 12.
Pentanemus. 31.
PERCA. 41, 42.
Perca. 41, 42.
Petimbuaba. 12.
Petimbuabo. 11.
PETROMYZON. 64.
Petromyzon. 64.
Pieterman. 42.
Pilatus visje. 65.
Pilchardus. 6.
Pira-aca. 51.
Pirabele. 44.
Pirabucu. 19.
Piraquiba. 13.
PISCICULUS Amboinenſis. 65.
Piſcis cornutus. 52, 53, 54, 55.
Piſcis foſſilis. 2.
Piſcis magnus Tobiae. 6.
Piſcis quadrangulus. 54.
Piſcis triangulatus. 54, 55.
Piſcis triangulatus cornutus. 54.
PLECOSTOMUS. 24, 25, 26.
Plecoſtomus. 24, 25, 27.
PLEURONECTES. 14, 15.
Pleuronectes. 14.
Pogge. 46.
Poiſſon volant. 9.
POLYNEMUS. 31.
Poſt. 41.
Prik. 64.
Priſtis. 60.
Punaru. 33.
Puytaal. 21.
Pylſtaart. 64.
Quab-aal 65.
Räcka. 63.
Rana marina. 57.
Rana piſcatrix. 57.
RAJA. 63, 64.
Raja. 63, 64.
Remora. 12, 13.
Remore. 13.
Rex Cyprinorum. 2.
Rhina. 63.
Rhombus. 15.
Rietvoorn. 3.
Roch. 63.
Roode mes visje. 1.
Ruysvoorn. 3.
Sage fiſch. 61.
Salkotoe. 34.
SALMO. 18, 19.
Sandils. 13.
Sarde a kind of Sprat. 6.
Sardellen. 6.
Schaiden. 6.
Scharre. 15.
Scharretong. 14.
Schelvis. 21.
Schiff-Kemmer. 13.
Schoerhay. 63.
Scholle. 14.
SCIAENA 38, 39.
SCOMBER. 34.
Scomber. 34.
Scombrus, 34.
SCORPAENA. 46.
Scorpio. 46.
Scorpius. 46.
Sega. 61.
Serra. 61.
Silure. 60.
SILURUS. 6.
Silurus. 6, 21, 60.
Slurygg-fisken. 56.
Smelt. 13.
Snoek. 9.
Snotolf. 56.
Soldaten viſch. 48.
Solea. 15.
SOLENOSTOMUS. 11.
Solenoſtomus. 1, 2, 12.
Sonnevis. 47.
Sorghe marina. 21.
Spadon. 61.
SPARUS. 37, 38.
Spiring. 18.
Sprot. 6.
Squalus. 60, 61, 62, 63.
Squatina. 63.
Steen bolk. 21.
Steen Karper. 3.
Stekelbaars. 50.
Steur. 60.
Stoer. 60.
Sturio. 60.
Syngnathus. 1, 2.
Tabacco-pipe fich. 12.
Tamoata. 27.
Tetragonoptrus. 48.
Timucu. 10.
Tinca. 4.
Toad-fish. 53.
Tobianus. 13.
Tonge. 14.
TRACHINUS. 42.
Trachinus. 23.
Trachurus. 34.
TRIGLA. 42, 43, 44.
Triſſa. 6.
Ubirre. 17.
Viviparus Eelpout. 64.
Vliegende viſch. 9, 44.
Voorns (blanke) 2.
Voorns (Koning van de) 2.
Vranoſcopus. 21, 23.
Wajer viſch. 51.
Xiphias. 60.
Zaag viſch. 61
Zee duyvel. 57.
Zee haan. 44.
Zeelt. 4.
Zeeluys. 13.
Zee paardje. 1.
Zee puytaal. 21.
Zee Snoek. 41.
Zeewolf. 16.
ZEUS. 47. 48.
Zuyg fiſch. 13.
Zwaart viſch. 61.
Zygaena. 63.
Zygène. 63.

FINIS.

E TYPOGRAPHIA
WILHELMI DE GROOT.

MUSEI ICHTHYOLOGICI

TOMUS SECUNDUS

sistens

PISCIUM

indigenorum & nonnullorum exoticorum,
quorum maxima pars

IN

MUSEO

LAURENTII THEODORI GRONOVII, J. U. D.

adservatur,

NEC NON

quorumdam in aliis Museis observatorum

DESCRIPTIONES.

Accedunt

nonnullorum exoticorum Piscium icones aeri incisae,

ET

AMPHIBIORUM ANIMALIUM

Historia Zoologica.

LUGDUNI BATAVORUM,

Sumptibus Auctoris.

Prostat apud THEODORUM HAAK,

MDCCLVI.

M U S E I

ICHTHYOLOGICI

SIVE

PISCIUM

Descriptiones & nomina trivialia exoticorum

quorum maxima pars

IN

MUSEO

LAURENTII THEODORI

GRONOVII, J. U. D.

adservatur,

INCHOAT

DESCRIPTIONES

Accedunt

Pisces quidam in aliis Museis observatorum

ET

AMPHIBIORUM ANIMALIUM

Historia Zoologica.

LUGDUNI BATAVORUM,

Auspicibus Auctoris.

MDCCLVI.

LECTORI BENEVOLO

S.

Quam Tibi B. L. ſecundam Muſei Ichthyologici partem offero, omne illa reliquum, quod in praecedenti opere omiſeram, continet ſiſtitque. Cunctorum certe Piſcium, quos meum quidem ſervat Muſeum, deſcriptionem in illa exhibui. Quod ſi amicorum benevolentia ac liberalitate in poſterum novae Species necdum bene examinatae acceſſerint Collectioni meae, easdem ſimili methodo a me deſcriptas cum erudito orbe lubens communicabo.

In hoc autem Tomo eumdem Ordinem in Generibus & Speciebus diſponendis retinui, quem in Priore ſecutus ſum.

Cuivis Generi breviter tantummodo addidi Species in praecedente Volumine deſcriptas, ut, ſi quid neceſſe addendum corrigendumve mihi videretur, facilem haberem inſerendi facultatem: Numeri ve-

ro, quibus Species novae hujus Voluminis distinguuntur, numerum ultimum praecedentis Tomi excipiunt.

MALACOPTERYGIORUM *Classem plurimis Generibus reddidi auctiorem; videlicet,* SYNODO, ERYTHRINO, GASTEROPELECO, CALLYODONTE, CYCLOGASTERO, ELEOTRIDE *atque* CENTRISCO.

Denique AMPHIBIORUM, *quibus meum refertum est Museum, Descriptiones ad hujus Libelli calcem subjungere placuit; quod qualecumque opus Eruditis haud displiciturum spero. Quo autem magis me hoc Specimine publicando non ingratum historiae naturalis Indagatoribus opus praestitisse sensero, eo major mihi stimulus addetur, ut porro in posterum & in hancce & in alias Zoologiae nostrae partes sedulus inquiram. Vale.*

SYLLA-

SYLLABUS AUCTORUM,

eorumque Nominum

abbreviatorum delucidatio.

Aldrov. quadr. Ulyſſes ALDROVANDUS
De quadrupedibus digitatis viviparis & oviparis, Bonon. 1637. fol.

Anon. deſcr. Anatom. d'un Cameleon. ANONYMI
Deſcription Anatomique d'un Cameleon, d'un Caſtor, d'un Dromedaire, d'un Ours, d'une Gazelle, à Paris 1669. 4°. cum fig.

Bellon. Obſerv. Petri BELLONII Cenomani
Plurimarum ſingularium & memorabilium rerum in Graecia, Aſia, Aegypto, Judaea, Arabia, aliisque exteris Provinciis ab ipſo conſpectarum Obſervationes, tribus libris expreſſae, coſtam poſt Caroli Cluſii exoticorum libros 10. fol. Antverp. 1605.

Bellon. portr. d'Oyſeaux. —— —— —— ——
Portraits d'Oyſeaux, Animaux, Serpents, &c. d'Arabie, & d'Egypte, à Paris 1557. 4°.

Browne Jam. Patrick BROWNE
The civil and natural hiſtory of Jamaica in tree Parts, Lond. 1756. fol. cum fig. aen.

Charlet. exerc. Gualtheri CHARLETONI
Exercitationes de differentiis & nominibus animalium, &c. Oxon. 1677. fol.

Charlet. onom. —— —— —— ——
Onomaſticon Zoïcon Animalium continens plerorumque differentias & nomina propria pluribus linguis exponens, &c. Lond. 1668. 4°. cum fig.

Le Clercq. ſchouwt. Schouwtoneel der Natuur door P. le CLERCQ, 's Hage 1737—1748. tom. 10. 8°.

Freſier. voyag. M. FRESIER
Relation du Voyage de la Mer de Sud aux côtes du Chili, Perou, Braſil, fait pendant les années 1712, 13, 14. à Amſt. 1717. 8°. 2 tom.

Genev. cabinet. Le Cabinet de la Bibliotheque de Sainte Geneviéve, diviſé en deux parties, par Claude du MOLINET, à Paris 1692. fol.

Gesner. de Serp. Conradi GESNERI
Hiſtoriae Animalium liber v, qui eſt de Serpentium Natura, Francof. 1621. fol.

SYLLABUS AUCTORUM.

Gesner. icon. quadr. Conradi GESNERI
Icones Quadrupedum viviparorum & oviparorum, quae in hiſtoriae ejus animalium libro 1, & 2 deſcribuntur, Tiguri 1560. fol.

Gesner. quadr. ——— ——— ——— ———
Hiſtoriae Animalium liber tertius de Quadrupedibus oviparis, Francof. 1586. fol.

Haſſelquiſt. act. Upſ. Frederici HASSELQUISTI
Deſcriptio Lacertae Scinci, exſt. in act. Upſal. 1744.

Haſt. Amph. Gyllenb. Bart. Rudolphi HAST
Amphibia Gyllenborgiana, Upſal. 1745. 4°. exſt. in Linnaei Amoen. Acad. vol. primo pag. 520. Ed. Leidenſis.

Imper. hiſt. nat. Ferrante IMPERATI
Hiſtoria naturale, nel quale ordinatamente ſi tratta della diverſa condition di minere, pietre pretioſe, & altre curioſita, con varie hiſtorie di Piante & animali, &c. à Venetia 1672. fol.

Jonſt. quadr. } Johannis JONSTONI
——— *aquat.* } Beſchryving van de Natuur der viervoetige Dieren, Viſſen, en Waterdieren, Vogelen, &c. met haare Beelteniſſen in 't koper geſneeden, en uit het Latyn vertaalt door M. Grauſius, Amſt. 1660. fol. tom. IV.

Klein. quadr. Jacobi Theodori KLEIN
Quadrupedum diſpoſitio, breviſque hiſtoria naturalis, Lipſiae 1751. 4°.

Labat. voyag. Pere du LABAT
Voyage aux Iſles de l'Amerique, à la Haye 1724. 8°. 6 vol.

Linn. Syſt. Caroli LINNAEI
Syſtema naturae ſiſtens regna tria naturae, Lugd. Bat. 1756. 8°.

Luid. lithoph. Brittan. Eduardi LUIDII
Litnophylacii Brittannici Ichnographia, Lond. 1699. 8°. cum tab. aen.

Merian. Surin. Mariae Sibillae MERIAN
Diſſertatio de Generatione & Metamorphoſibus Inſectorum Surinamenſium, huic adjunguntur Bufones, Lacerti, Serpentes, &c. Amſt. 1719. fol. plano.

Muſ. Ichth. Laur. Theod. GRONOVII
Muſeum Ichthyologicum, Lugd. Bat. 1754. fol. cum tab. aen.

Muſ. Kircher. Muſæum Kircherianum, ſive Muſaeum a P. Athenaſio Kirchero in Collegio Romano Societatis Jeſu jam pridem incoeptum, nuper reſtitutum, auctum, deſcriptum, & iconibus illuſtratum a Philippo BONANNO, Romae 1709. fol.

Petiv. muſ. Jacobi PETIVERI
Muſei Petiveriani centuriae tres, rariora naturae ſ. Animalia, Foſſilia, Plantas, &c. continentes, Lond. 1695. 8°.

Raj. quadr. Johannis RAJI
Synopſis methodica animalium quadrupedum & Serpentini generis, vulgarium notas characteriſticas, rariorum deſcriptiones integras exhibens, Lond. 1693. 8°.

Redi exper. Franciſci REDI
Experimenta circa varias res naturales, ſpeciatim illas, quae ex Indiis afferuntur, Amſt. 1685. 12°. cum fig. aen.

Scheuchz.

SYLLABUS AUCTORUM.

Scheuchz. phyſ. ſacr. Johannis Jacobi SCHEUCHZERI
Phyſica Sacra cum tabulis J. And. Pfeffel, Auguſt. Vind. & Ulm. 1735. fol.

Scilla de corp. mar. lapid. Auguſtinius SCILLA
De Corporibus Marinis lapideſcentibus, quae defoſſa reperiuntur, addita Diſſertatione Fabii Columnae de Gloſſopetris, Romae 1752. 4°. cum tab. aen.

Tournef. voyag. Pitton de TOURNEFORT
Relation d'un Voyage de Levante, enrichie des Inſcriptions, & des figures de divers Animaux, à Amſt. 1717. 4°.

Valent. Ind. litter. Michaelis Bernhardi VALENTINI
Hiſtoria ſimplicium reformata, ſive Muſaeum Muſaeorum latine redditum a Joh. Conr. Beckero: accedit India litterata auctior reddita, & novis figuris illuſtrata a Chr. Bernh. Valentino, Francof. 1716. fol.

Reliqua abbreviata Nomina in priore Volumine explicantur.

SERIES
GENERUM PISCIUM
in hocce Tomo descriptorum.

Sub MALACOPTERYGIIS comprehenduntur

Syngnathus. — p. 1
Cobitis. — 1
Cyprinus. — 1
Clupea. — 3
Synodus. — 4
Argentina. — 4
Silurus. — 5
Aspredo. — 5
Exocoetus. — 6
Erythrinus. — 6
Esox. — 7
Solenostomus. — 7
Anableps. — 7
Echeneis. — 7
Gasteropelecus. — 7
Ammodytes. — 8
Callyodon. — 8
Cyclogaster. — 9
Pleuronectes. — p. 10
Anarrhichas. — 11
Muraena. — 11
Gymnogaster. — 12
Coregonus. — 12
Osmerus. — 12
Salmo. — 12
Charax. — 13
Anostomus. — 13
Gadus. — 14
Uranoscopus. — 14
Atherina. — 15
Plecostomus. — 15
Eleotris. — 16
Callichthys. — 18
Centriscus. — 18
Gymnotus. — 19

Sub ACANTHOPTERYGIIS pertinent

Polynemus. — p. 20
Blennius. — 20
Gobius. — 23
Scomber. — 24
Mystus. — 24
Mugil. — 26
Labrus. — 26
Sparus. — 29
Sciaena. — 32
Holocentrus. — p. 32
Perca. — 33
Trachinus. — 35
Trigla. — 35
Scorpaena. — 35
Cottus. — 35
Zeus. — 35
Chaetodon. — 36
Gasterosteus. — 38

Sub BRANCHIOSTEGIS complectuntur

Balistes. — p. 39
Ostracion. — 40
Cyclopterus. — p. 41
Lophius. — 41

Ad CHONDROPTERYGIOS referuntur

Callorynchus. — p. 42
Acipenser. — 42
Squalus. — 44
Raja. — p. 46
Petromyzon. — 46

MUSEI

MUSEI ICHTHYOLOGICI

TOMUS SECUNDUS.

Ordo Primus continet MALACOPTERYGIOS.

SYNGNATHUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 1.

Species hujusce generis in Tomo priore deſcriptæ, ſunt

SYNGNATHUS corpore quadrangulo, pinna caudae carens. *N.* 1.
SYNGNATHUS teres, pinnis pectoralibus, candaeque carens. *N.* 2.
SYNGNATHUS corpore medio heptagono, cauda pinnata. *N.* 3.
SYNGNATHUS corpore medio hexagono, cauda pinnata. *N.* 4.

COBITIS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 2.

Species Cobitidum in priore Tomo deſcriptae, ſunt

COBITIS aculeo bifurco infra utrumque oculum. *N.* 5.
COBITIS tota glabra, maculoſa, corpore ſubtereti. *N.* 6.
COBITIS caeruleſcens, lineis utrinque quinque longitudinalibus. *N.* 7.

CYPRINUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 2.

147. CYPRINUS roſtro naſiformi prominente, pinna ani officulorum quatuordecim. *Arted. Gen. p.* 5. *n.* 15. *Synon. p.* 6. *n.* 9.

Naſus. *Marſil. Danub. tom.* 4. *tab.* 3. *fig.* 1.

1. *Caput*, *Corpus* & *Pinnae* ut in Congeneribus.

2. *Roſtrum* naſiforme ante maxillas longe prominens, ſubrotundum, obtuſo-coniforme.

3. *Squamae* magnae coeruleo-argenteae, ſplendentes, in medio convexae, ſitu lineas longitudinales efformantes.

4. *Linea Lateralis* curva, ventri multo propior.

5. *Venter* planiuſculus. *Dorſum* a capite parum adſcendit uſque ad mediam longitudinem inter occiput

occiput & pinnam dorſalem, inde obliquo ductu deſcendit; caeterum eſt convexum.

6. *Pinna Dorſi* in medio dorſo ſita e regione oppoſita pinnis ventralibus, fere triangularis, officulorum undecim ſubramoſorum, exceptis duobus prioribus ſimplicibus.

7. *Pectorales Pinnae* officulorum ramoſorum ſeptemdecim.

8. *Ventrales Pinnae* officulis ſubramoſis novem inſtructae, priore excepto ſimplici.

9. *Pinna Ani* medio inter pinnas ventrales & caudam ſita, officulorum duodecim.

10. *Cauda* bifurca officulorum viginti quinque.

11. Inhabitat Rhenum prope Baſileam, ubi Naſen vocatur, & quandoque, ſed raro invenitur apud Nos.

DD. JOHANNIS CONRADI AMMANNI, M. D. Schafhuſani.

148. CYPRINUS oblongus, iride argentea & pinnis albeſcentibus. *Arted. Gen. pag.* 5. *n.* 13.

Cyprinus oblongus, figura rutili, pinna ani officulorum decem. *Arted. Synon. pag.* 5. *n.* 4. *Spec. p.* 12. *n.* 4.

Cyprinus pinnae ani radiis undecim, pinnis albeſcentibus. *Linn. faun. ſuec.* §. 325.

1. *Figura* Corporis oblonga; Reliquae partes ut in Congeneribus.

2. *Squamae* magnae, albeſcentes, in dorſo parum coeruleſcentes.

3. *Pinna Dorſi* ſitum habet poſteriorem quam pinnae ventrales, attamen in medio dorſo ſita, officulis undecim inſtructa.

4. *Pinnae Pectorales* officulorum undecim.

5. *Ventrales* officulis novem radiatis ſuffultae, priore excepta ſimplici.

6. *Pinna Ani* medio inter ventrales pinnas & caudam ſita, officulorum undecim.

7. *Cauda* ſubbifida.

8. Raro invenitur in noſtris fluminibus.

149. CYPRINUS quincuncialis, maculoſus, maxilla ſuperiore longiore, cirris duobus ad os. *Arted. Gen. p.* 4. *n.* 10. *Synon. p.* 11. *n.* 20. *Spec. p.* 13. *n.* 5.

Gobius fluviatilis *Marſil. Danub. tom.* 4. *tab.* 9. *fig.* 2.

Enchelyopus ſquamulis parvis deciduis, ventre argenteo, dorſo nigris maculis vario, myſtace ſimplici ad angulos oris utrinque. *Klein. Miſſ.* 4. *pag.* 60. *num.* 5. *tab.* 15. *fig.* 5.

1. *Figuram* habet oblongam teretem, craſſiuſculam.

2. *Maxilla Inferior* ſuperiore brevior.

3. *Cirrus* utrinque parvus ad angulos oris.

4. *Squamae* magnae, ſplendentes, imbricatae, albidae, hic illic nigricantibus maculis variae.

5. *Linea Lateralis* ferme recta in mediis lateribus.

6. *Dorſum* parumper aſſurgens.

7. *Pinna Dorſalis* in medio dorſo, e regione pinnarum ventralium ſita, triangularis, officulorum octo.

8. *Pectorales* officulis inſtructa quatuordecim.

9. *Ventrales* officulorum ſex.

10. *Pinna Ani* officulorum ſeptem.

11. *Cauda* bifurca.

12. *Pinnae* omnes albicantes ſunt, exceptis pinna Dorſali & Caudali, quae nigris maculis ſunt variae.

13. Inhabitat noſtras foſſas & flumina, ac vocamus Grundel.

150. CYPRINUS pinna ani ſimplici, cauda trifurca.

1. *Corpus* breve, craſſiuſculum, cathetoplateum, prope caudam fere ſubrotundum, & parum plagioplateum.

2. *Caput* craſſum, corpore medio parum latius, ſuperne convexo-planum, ab oculis verſus anteriora declive.

3. *Os* in apice capitis, edentulum.

4. *Maxilla Inferior* ſuperiore parum longior.

5. *Oculi* utrinque in lateribus capitis ſiti protuberantes convexi, magni, ſubrotundi, ori paulo propiores quam operculis, tunica propria tecti.

6. *Opercula Branchiarum* convexa, nitida, non ſquamoſa.

7. *Aperturae Branchiarum* atque *Membrana Branchioſtega* ut in Congeneribus.

8. *Dorſum* convexum, in aciem contractum, monopterygium.

9. *Latera* convexa, latiſſima, verſus caudam anguſtiſſima.

10. *Abdomen* planiuſculum, ab ano verſus caudam in aciem contractum.

11. *Linea Lateralis* curvata verſus inferiora, abdomini propior.

12. *Squamae* imbricatim ſitae, majuſculae.

13. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

14. *Pinna Dorſalis* in medio dorſo ſita, altiſſima, officulis octodecim inſtructa ſimplicibus, tenuiſſimis, inermibus.

15. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, officulorum undecim.

16. *Pin-*

16. *Pinnae Ventrales* binae, oblongae, medio inter pinnas pectorales & pinnam ani ſitae, ad latera abdominis utrinque poſitae, officulorum octo.

17. *Pinna Ani* parva, officulorum octo inermibus, quorum tertium robuſtiſſimum, & a poſtica parte uncinulis armatum.

18. *Cauda* latiſſima, trifurca, horizontaliter convexa, lobis ſingulis acuminatis, ab invicem non diſtinctis niſi longitudine officulorum; officulis quadraginta quatuor inſtructa.

19. Inhabitat Chinam.

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

Species Cyprinorum in antecedente Tomo deſcriptae, ſunt

CYPRINUS iride, pinnis ventris & ani plerumque rubentibus. *N.* 8.

Hujus duas adhuc varietates ex Helvetia mihi transmiſit Amiciſſimus JOH. CONRADUS AMMANNUS M. D. Schafhuſanus.

α. Pinna Dorſi officulis decem. *Pectorales* ſexdecim. *Ventrales* undecim. *Ani* duodecim. *Cauda* novemdecim.

β. Pinna Dorſi officulis decem. *Ventrales* ſeptem. *Ani* decem. *Cauda* novem.

CYPRINUS iride, pinnis omnibus, caudaque rubris. *N.* 9.

CYPRINUS quincuncialis, pinna ani officulorum viginti. *N.* 10.

CYPRINUS pinna dorſi officulorum viginti, linea laterali recta. *N.* 11.

CYPRINUS oblongus, macrolepidotus, pinna ani officulorum undecim. *N.* 12.

Dorſum rectum. *Venter* protuberans. *Squamae* maximae. *Linea Lateralis* curva, ventri propior & parallela. *Cauda* aequalis fere. *Maxilla Inferior* ore aperto parumper longior.

CYPRINUS iride ſublutea, pinnis ventralibus, anique rubris. *N.* 13.

CYPRINUS pinnis omnibus nigreſcentibus, pinna ani officulorum viginti ſeptem. *N.* 14.

CYPRINUS pinna ani duplici, cauda bifurca. *N.* 15.

CYPRINUS caudae parte inferiore duplici, officulo tertio pinnarum dorſi & ani uncinulis armato. *N.* 16.

CYPRINUS oblongus, ſubquadrangulus, pinna dorſi & ani parallelogramma. *N.* 17.

Vocatur Schafhuſiis *Alnt*, unde mihi transmiſit D. D. JOH. CONRADUS AMMANNUS; officula pinnarum cum jam deſcripto ſpecimine N. 17. omnino conveniebant.

CYPRINUS mucoſus totus nigreſcens, extremitate caudae aequali. *N.* 18.

CYPRINUS cirris quatuor, officulo tertio pinnarum dorſi & ani uncinulis armato. *N.* 19.

CYPRINUS oblongus, maxilla ſuperiore longiore, cirris quatuor, pinna ani officulorum ſeptem. *N.* 20.

Specimen ab Integerrimo AMMANNO mihi transmiſſum gerit in *Pinna Dorſi* officula decem. In *Pectoralibus* ſeptemdecim. In *Ventralibus* novem. In *Pinna Ani* octo. In *Caudali* ſeptemdecim majora. *Color* albidus, nigro-maculatus. *Pinnae* rubeſcunt, & hic illic nigris maculis ſunt variae.

CLUPEA. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 5.

Ejus ſpecies in priori Tomo deſcriptae, ſunt

CLUPEA maxilla inferiore longiore, maculis nigris carens. *N.* 21.

CLUPEA quadriuncialis, maxilla inferiore longiore, ventre acutiſſimo. *N.* 22.

CLUPEA apice maxillae ſuperioris bifido, maculis nigris utrinque. *N.* 23.

SYNODUS.

Corpus oblongum, cathetoplateum, ſquamoſum.

Caput cathetoplateum, oblongum, inter oculos excavatum. *Oculi* in ſupremo capite. *Oris* rictus ingens. *Dentes* in utrisque maxillis, palato, lingua, & faucibus, oblongi, innumerabiles.

Membrana Branchioſtega officula utrinque quindecim continet.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica. *Cauda* bifida.

151. SYNODUS. Iconem vide Tab. VII. fig. 1.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, tenue, maculoſum, ſquamoſum.

2. *Caput* cathetoplateum, oblongum, ſuperne planum, antice in acumen contractum, inter oculos & poſt eos parumper excavatum, lineolis variis elevatis aſperis ſcabrum.

3. *Oculi* in anteriore & ſuprema capitis parte proxime ad roſtrum ſiti, ſurſum ſpectantes, parvi, ſibi admodum propinqui, tunica propria tecti; quorum *margines exteriores* ſeu *Orbitae* ſunt oſſeae: *Pupilla* parva, nigra.

4. *Os* in antico capite locatum, ingens, parum ſurſum ſpectans, cujus *Rictus* latitudinem capitis duplam longe excedit.

5. *Dentes* in Maxillis, Palato, Lingua, & Faucibus.

6. *Dentes Maxillarum* utrarumque inaequales longitudine, magni, tenues, antrorſum ſpectantes, duplici aut triplici ordine, conſuſanei, confertimque poſiti.

7. *Dentes Palati* maxillaribus minores, confertim, introrſum ſpectantes, ad latera palati utrimque unica ſerie diſpoſiti.

8. *Dentes Linguae* innumerabiles, introrſum ſpectantes; anterioribus majoribus.

9. *Dentes Faucium* ſuperne atque inferne in faucibus latitantes, iis, qui in palato locum obtinent, non diſſimiles.

10. *Nares* mox ante oculos ſitae, utrinque unico foramine perviae.

11. *Opercula Branchiarum* laevia, quorum lamina media ſquamoſa.

12. *Aperturae Branchiarum* ampliſſimae, inferne & in lateribus apertae.

13. *Membrana Branchioſtega* officula utrinque quindecim ſub operculis latitantia continet.

14. *Maxillae* ore clauſo aequales; aperto inferior ſuperiore parumper longior.

15. *Squamae* magnae, imbricatim ſitae, in dorſo & lateribus ſupremis nigro-maculatae, in ventre albidae.

16. *Linea Lateralis* vix viſibilis, in mediis lateribus ab operculis ad caudam extenſa.

17. *Pinnae* in toto piſce ſeptem, inermes.

18. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, mox poſt opercula branchiarum in lateribus ſupremis longitudinaliter ſitae, parvae, officulis duodecim inſtructae; intermediis ad apices ramoſis.

19. *Pinna Dorſalis* unica, capiti propior quam caudae, parva, officulis undecim inermibus ac ſimplicibus inſtructa.

20. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi invicem approximatae, in ventre ſitae, capiti propiores quam Pinna Dorſalis, magnae, officulorum octo ſimplicium & inermium.

21. *Pinna Ani* caudae proxima, officulorum ſex inermium.

22. *Cauda* parva, admodum bifurca, officulorum octo ramoſorum majorum, praeter lateralia aliquot minora.

	unc.	lin.
23. *Longitudo* tota	5	7
a roſtri apice uſque ad angulos oris	:	9
ad oculos	:	3
ad oculorum fines	:	5
ad operculorum fines	1	6
ad pinnas pectorales	1	5
ad earum fines	2	1
ad pinnam dorſalem	2	4
ad ejus finem	3	1
ad pinnas ventrales	1	9
ad earum fines	2	9
ad anum	4	2
ad pinnam ani	4	3
ad ejus finem	4	6
24. *Altitudo* perpendicularis ad apicem oris, ore clauſo	:	1
ad apicem oris, labiis deductis	:	7
ad opercula	:	8
ad pinnas ventrales	:	7
ad caudam	:	3
25. *Latitudo* ante oculos	:	3
ad opercula branchiarum	:	6
ad pinnas ventrales	:	6
ad caudam	:	2

26. *Patria* latet.

ARGENTINA. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 6.

152. ARGENTINA maxilla ſuperiore longiore conica, ore edentulo.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, admodum compreſſum, tenuiuſculum, parvum, ſquamis magnis deciduis argenteis tectum.

2. *Caput* cathetoplateum, ſatis magnum, latitudinem corporis aequans, inerme, antice in *Roſtrum* conicum rotundatum oſſeum productum, quod

quod ante maxillas prominet.

3. *Oculi* magni, rotundati, in lateribus siti, rostro proximi, cute capitis communi tecti; *Iris* argentea, lata; *Pupilla* subrotunda.

4. *Nares* in supremo capite mox ante oculos sitae, unico foramine utrinque praeditae.

5. *Os* parum sursum spectans, sub rostro situm, magnum, edentulum.

6. *Rictus oris* ingens, altitudinem capitis maximam fere aequans.

7. *Maxilla Inferior* superiore paulo brevior, in acumen producta, admodum mobilis.

8. *Opercula Branchiarum* laevia, ex argenteo splendentia, e tenuissimis pellucidisque lamellis constantia.

9. *Aperturae Branchiarum* in lateribus atque subtus apertissimae.

10. *Membrana Branchiostega* subtus Operculis Branchiarum affixa, & ab iis omnino tecta, & officulis octo parallelis & tenuibus utrinque instructa.

11. *Dorsum* in angulum contractum, a capite parum convexo ductu ad caudam procedit.

12. *Latera* angusta, convexa.

13. *Linea Lateralis* nulla visibilis in lateribus.

14. *Pinnae* in toto pisce septem inermes; nimirum unica in Dorso, duae ad Pectus, totidem in Ventre, unica ad Anum, & unica Caudam terminans.

15. *Pinna Dorsalis* unica, in medio dorso e regione media inter pinnas ventrales & pinnam ani sita, officulorum tredecim simplicium, quorum primum maximum quatuor lineas longum, ultimum vero vix duas lineas aequat.

16. *Pinnae Ventrales* binae, sibi admodum proximae, & coadunatae a parte interiore, in imo ventre, medio inter pinnas pectorales & pinnam ani sitae, capiti paulo propiores quam pinna dorsalis, officulis suffultae utrinque sex inermibus.

17. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, in infimis lateribus sitae, officulorum ramosorum quatuordecim; prioribus duobus exceptis simplicibus, & inermibus.

18. *Pinna Ani* mox post anum orta, longeque protensa, officulis suffulta viginti quatuor simplicibus, quorum priora lineas tres longitudine tenent; ultimum vero vix unicam lineam aequat.

19. *Pinna Caudae* bifida, officulorum . . . . .

20. Inhabitat Surinamam.

21. Longitudo tota —— —— —— 2 — 5
ab apice rostri ad os —— : — 1½
ad oris angulos —— : — 4
ad oculos —— —— : — 1½
ad eorum finem —— : — 3
ad opercula —— —— : — 6
ad pinnas pectorales : — 6½
ad earum fines s. ad pinnas ventris —— : — 9½
ad pinnarum ventralum fines —— — 1 — 1
ad pinnam ani —— 1 — 2
ad ejus finem —— 1 — 8
ad caudam —— —— 2 — 1

22. *Altitudo* perpendicularis ad opercula : — 5
ad caudam. : — 2.

Species hujus generis in anteriore Tomo descripta, est

ARGENTINA pinna dorsali ventralibus oppositа. *N.* 24.

SILURUS. Mus. Ichth. tom. 1. p. 6.

Species hujus generis in antecedente Tomo descripta, est

SILURUS cirris duobus ad maxillam superiorem, quatuor in mento. *N.* 25.

Novam & accuratissimam ejus iconem curavi, Tab. VI. Fig. 1.

ASPREDO. Mus. Ichth. tom. 1. p. 8.

153. ASPREDO cauda subrotunda, corpore verrucoso, pinna ani officulorum sex. Iconem vide Tab. V. fig. 3.

1. *Figura* corporis, capitis, pinnarumque omnino convenit cum specie XXVI. in Mus. Ichth. Tom. prior. p. 3. descripta, verum ab ea differt in quibusdam partibus, scilicet

2. *Cutis* punctis perparvis elevatis papilliformibus undique obsita, scabra, alepidota.

3. *Caput*, *Oculi*, *Cirri*, *Pinnae Pectorales* ut in Congenere.

4. *Pinnae Ventrales* perpendiculariter sub pinna dorsali sitae, parvae, binae, officulorum utrinque sex subramosorum.

5. *Pinna Dorsalis* parva, fere triangularis, officulorum quinque inermium.

6. *Pinna Ani* parva, medio inter pinnas ventrales & caudam sita, officulorum sex dichotomorum, primo excepto simplici, inermi.

7. *Cauda* subrotunda, oblonga, officulis suffulta decem dichotomis.

8. *Color* bruneus albo varius.

9. *Longitudo* maxima quatuor pollicum.

D. D. WILHELMI BAART.

Species hujus Generis in anteriore Tomo descripta, est

ASPREDO (*cui adde*) corpore oblongo, laevi, pinna ani officulorum quadraginta & ultra. *N.* 26.

EXOCOETUS. Mus. Ichth. tom. 1. p. 9.

Species ejus ibidem descripta, est

EXOCOETUS. *N.* 27.

Exocoetus pinnis pectoralibus longissimis, acuminatis. *Browne. Jam.* p. 442. *N.* 1.

ERYTHRINUS.

Corpus oblongum, cathetoplateum, squamosum.
Caput plagioplateum. *Dentes* in maxillis.
Membrana Branchiostega officula utrinque quinque continet.
Pinnae septem. *Pinna Dorsalis* unica, e regione ventralium.

154. ERYTHRINUS. Iconem vide Tab. VII. fig. 6.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, satis crassum, squamosum, ad opercula fere quadratum, ad caudam vero compressum.

2. *Caput* plagioplateum, inerme, latitudinem corporis aequans, a dorso declive versus maxillam superiorem; subtus est planum.

3. *Oculi* magni, in lateribus siti, ori approximati, subrotundi, tunica propria tecti.

4. *Nares* in lateribus utrinque inter oculos & maxillam superiorem dispositae, duobus foraminibus utrinque instructae, quorum anterius tubulosum.

5. *Os* in apice capitis transversum, cujus *Rictus* latitudine capitis multo angustior.

6. *Dentes* in utrisque maxillis, innumeri, unico ordine dispositi, contigui, quorum anteriores intermedii magnitudine laterales superant.

7. *Palatum* glabrum, sic & *Lingua*, *Faucesque*.

8. *Maxillae* inaequales; superior enim inferiore parum brevior.

9. *Aperturae Branchiarum* apertissimae.

10. *Opercula Branchiarum* laevia.

11. *Membrana Branchiostega* officula utrinque quinque continet.

12. *Dorsum* a capite ad caudam usque rectum.

13. *Latera* ubique fere eandem latitudinem servantia, plana.

14. *Linea Lateralis* recta, ab operculis ad caudam extensa, per media latera decurrit.

15. *Color* cinereus, bruneis maculis varius.

16. *Pinnae* in toto pisce septem.

17. *Pinna Dorsalis* unica, caudae propior quam capiti, in dorso sita, haud alta, officulorum simplicium & inermium decem.

18. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, mox post opercula in infimis lateribus sitae, officulis tredecim bifidis suffultae.

19. *Pinnae Ventrales* duae, in infimo ventre mox sub pinnae dorsalis officulo primo sitae, sibi approximatae, medio inter caput & caudam, officulis instructae octo bifidis & tenuibus.

20. *Pinna Ani* mox post anum sita, parva, officulorum novem ramosorum, prioribus duobus exceptis simplicibus & inermibus.

21. *Cauda* subrotunda, officulorum novemdecim ramosorum, exceptis utrinque aliquot lateralibus simplicibus.

22. *Squamae* magnae, imbricatim sitae, dense sibi impositae, semicirculi figuram aequantes, atque per latus planum corpori insidentes, laeves, non splendentes.

23. *Locus:* Surinamae flumina.

24. *Longitudo* a maxilla inferiore ad finem caudae —— 4 — 2
ad oculos —— —— : — 2
ad opercula —— —— 1 — :
ad pinnam dorsalem 1 — 9
ad ejus finem —— 2 — 5
ad pinnas ventrales 2 — :
ad pinnam ani —— 2 — 8
ad ejus finem —— 3 — 3
ad caudam —— —— 3 — 6

unc. lin.

ESOX. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 9.

Species Eſocum in anteriore Volumine deſcriptae, ſunt

Esox roſtro plagioplateo. *N.* 28.

Esox maxilla ſuperiore longiore, cauda quadrata. *N.* 29.

Eſox utraque maxilla producta tereti dentata. *Browne Jam. p.* 443. *n.* 2.

Esox roſtro cuſpidato gracili, ſubtereti, ſpithamali. *N.* 30.

SOLENOSTOMUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 11.

Species Solenoſtomi in antecedente Tomo deſcripta, eſt

SOLENOSTOMUS cauda bifurca, & in ſetam balaenaceam abeunte. *N.* 31.

Solenoſtomus corpore tereti ſubrotundo, cauda bifurca. *Browne Jam. p.* 441?

ANABLEPS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 12.

Species hujus Generis in antecedente Tomo deſcripta, eſt

ANABLEPS. *N.* 32.

OBS. In quibusdam Speciminibus obſervavi Pinnam Ani deficere, & ejus locum tum occupabat *Prominentia* oblonga, conica, dura, carnoſa (ut tactu detegere poteram), quandoque recta & nonnunquam in unum alterumve latus inflexa, ſquamoſa: Num variantem Speciem, an vero notam Sexus haecce Prominentia indicet, accuratius poſtea erit examinandum.

ECHENEIS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 12.

Species hujus Generis in anteriore Volumine deſcriptae, ſunt

ECHENEIS ſtriis capitis ſeptemdecim. *N.* 33.

ECHENEIS ſtriis capitis viginti duobus. *N.* 34.

GASTEROPELECUS.

Corpus cathetoplateum, breve, latum, tenue, ſquamoſum; *Venter* in aciem anguſtiſſimam, ſecuriformem ſeu carinaeformem prominentem exiens.

Caput cathetoplateum, parvum. *Os* in apice capitis. *Dentes* acuti in utrisque maxillis.

Membrana Branchioſtega officulis inſtructa . . . . . .

Pinnae quinque. *Ventrales* deficiunt. In *Dorſo* unica, caudae proxima.

155. GASTEROPELECUS. Iconem vide Tab. VII. fig. 5.

1. *Corpus* cathetoplateum, admodum compreſſum, breve, latum.

2. *Caput* cathetoplateum, parvum, ſubtus planum, omnino inerme, laeve, ex argenteo coeruleoque ſplendens.

3. *Os* in apice capitis, ſatis magnum: *Rictus oris* latitudinem capitis aequans.

4. *Dentes* in utrisque maxillis; ſatis magni, contigui, unico ordine diſpoſiti, labiis tecti.

5. *Lingua* carnoſa, glabra, albida.

6. *Oculi* in lateribus capitis, ori propiores quam operculis, magni, ſubrotundi. *Pupilla* nigra. *Iris* aurea.

7. *Nares* in ſummis lateribus inter oculos & labium oris ſuperius ſitae.

8. *Maxillae* inaequales, quarum inferior ante ſuperiorem multo prominet.

9. *Membrana Branchioſtega* officulis .... inſtructa, adeo tenuibus ac pellucidis, ut viſum fugiant.

10. *Aperturae Branchiarum* apertiſſimae, operculis argenteo-ſplendentibus laevibus tectae.

11. *Dorſum* a capite ad pinnam dorſi oblique adſcendit, & per longitudinem pinnae dorſalis oblique deſcendit, inde rectum petit caudam; eſt prope caput latum, planum; caeterum convexum & anguſtum.

12. *Latera* plana, ad pinnas pectorales latiſſima, ad caudam vero anguſtiſſima.

13. *Linea Lateralis* ad exortum dorſo proxima, ad finem vero per media latera decurrit ad caudam usque.

14. *Venter* prominens, admodum compreſſus ac contractus in aciem acutiſſimam, tanquam cultri vel ſecuris; deſcendit ab operculis circulari ductu ad regionem usque pinnis pectoralibus oppoſitam, inde oblique adſcendit ad pinnae usque ani finem, unde rectus progreditur verſus caudam.

15. *Pinnae* in toto piſce quinque.

16. *Pinna Dorſalis* unica, in ſummo dorſo ſita, caudae, proxima, parva, fere parallelogramma, oſſiculorum duodecim ramoſorum, exceptis duobus prioribus ſimplicibus, etiam inermibus.

17. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, magna, incurvata, in mediis lateribus ſita, ab operculis regionem ani pertingens, oſſiculorum novem ſubramoſorum, primo excepto maximo, craſſiſſimo, ſimplici & inermi.

18. *Pinna Ani* mox poſt anum orta, & ad caudam usque extenſa, oſſiculorum triginta trium ſimplicium.

19. *Cauda* admodum bifurca, oſſiculis viginti duobus inſtructa.

20. *Pinnae Ventrales* nullae.

21. *Anus* in medio fere corpore, mox ante pinnam ani ſitus.

22. *Color* argenteus coeruleo mixtus, ſplendens. *Pinnae* albicantes.

			unc.	lin.
23.	Inhabitat Surinamam.			
24.	*Longitudo* tota		2 —	3
	a maxilla ſuperiore usque			
		ad opercula	: —	4
		inferiore usque		
		ad opercula	: —	5
		ad pinnam dorſi	1 —	4
		ad ejus finem	1 —	5
		ad caudam	1 —	8
		ad pinnas pectorales	: —	5
		ad earum fines	1 —	2
		ad pinnam ani	1 —	3
		ad ejus finem	1 —	6
25.	*Altitudo* perpendicularis ad nares		: —	2
		ad oculos	: —	4
		ad opercula	: —	8
		ad medium locum inter caput & pinnam dorſalem	: —	9
		ad pinnam ani	: —	7
		ad caudam	: —	1½
26.	*Latitudo* maxima capitis		: —	2
		medii dorſi	: —	2
		ad caudam	: —	1

AMMODYTES. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 13.

Species ejus in anteriore Tomo deſcripta, eſt

AMMODYTES. *N.* 35.

CALLYODON.

Corpus cathetoplateum, oblongiuſculum, craſſum, ſquamis magnis tectum.

Caput cathetoplateum, omnino ſquamoſum, inerme. *Os* in apice capitis. *Dentes* pauci, permagni, conici, quemadmodum in Oſtracionibus.

Membrana Branchioſtega oſſiculorum quatuor, ſub operculis tectorum.

Pinnae ſeptem. In *Dorſo* unica, per ejus totam longitudinem fere extenſa. *Ventrales* ſub pectoralibus.

156. CALLYODON. Iconem vide Tab. VII. fig. 4.

1. *Piſcis* oblongus, craſſus, ſatis latus, cathetoplateus, malacopterygius, admodum ſquamoſus, heptapterygius.

2. *Caput* cathetoplateum, inerme, omnino ſquamis magnis tectum, latitudinem corporis ſervans; ſuperne a dorſo ad oculos uſque rectum & convexum; inde vero parum declinat & planum eſt uſque ad os; in lateribus eſt convexo-planum, Inferne eſt parum contractius quam ſuperne.

3. *Os* in apice capitis ſitum, anguſtum, parvum, ſurſum ſpectans.

4. *Dentes* maxillarum admodum prominentes, permagni, figurâ dentibus, quos Oſtraciones habent, fere aequantes, bini, triquetri in maxilla ſuperiore, & unicus latiſſimus in inferiore.

5. *Nares* lineares, in angulo ſupremo capitis inter oculos & os ſitae, unico utrinque foramine inſtructae.

6. *Oculi* plani, magni, in ſupremis capitis lateribus ſiti, in latera & quidem in anteriora ſpectantes, ori quam operculis propiores.

7. *Pupilla* ovalis, coeruleſcens, angulo ejus os verſus ſpectante.

8. *Iris* aurea.

9. *Opercula Branchiarum* ampliſſima, inermia, omnino ſquamoſa.

10. *Aperturae Branchiarum* inferne & in lateribus admodum patulae.

11. *Membrana Branchioſtega* ſub operculis recondita officula utrinque continens quatuor.

12. *Dorſum* a capite ad caudam usque rectum, in acumen contractum, anguſtiſſimum, lateraliter oblique declinans, monopterygium.

13. *Latera*

13. *Latera* convexo-plana, ad pinnas pectoris latiſſima, inde ſenſim verſus caudam anguſtiſſima.

14. *Venter* in aciem obtuſam contractus, ab operculis uſque ad pinnas ventrales curvo ductu declinat, unde curvo ductu denuo adſcendit ad ſinem usque pinnae ani, unde rectus caudam petit.

15. *Linea Lateralis* e duabus conſtans partibus, ſatis conſpicua:

Pars prior ab operculis ortum capit, & dorſo parallela eſt, cui admodum proxima, procurrit fere ad finem uſque pinnae dorſalis, ubi deſinit.

Altera pars e regione finis partis primae orta in mediis lateribus recta procurrit ad caudam usque.

16. *Squamae* ampliſſimae, laeves, non ſplendentes, imbricatim ſitae, non tantum totum corpus, ſed & totum caput contegunt.

17. *Pinnae* in toto piſce ſeptem, inermes.

18. *Pinna Dorſalis* unica, per totum dorſum a capite ad caudam ferme usque extenſa, oſſiculorum novemdecim inermium, ad apices ramoſorum.

19. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, in lateribus mox poſt opercula ſitae, ſubrotundae, oſſiculis quatuordecim inſtructae.

20. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi approximatae ſub pectoralibus ſitae, parvae, oſſiculorum ſex ſubramoſorum, primo excepto ſimplici & inermi.

21. *Pinna Ani* magna, oſſiculis undecim ſimplicibus & inermibus inſtructa.

22. *Cauda* ſubrotunda, oſſiculorum quindecim ſubramoſorum.

23. *Color* bruneus, in lateribus utrinque tribus indiſtinctis lineis longitudinalibus parum obſcurioris coloris varius.

24. Comparavi ex muſeo Sebae.

25. *Longitudo* atque *Latitudo* eadem cum icone.

CYCLOGASTER.

Corpus oblongum, craſſiuſculum, alepidotum, cuto laxiſſima tectum, cathetoplateum.

Caput grande, breve, plagioplateum; corpore multo latius, inerme. *Oculi* in anticis & ſupremis lateribus ſiti. *Os* in apice capitis. *Dentes* in utrisque maxillis & faucibus. *Aperturae Branchiarum* ſupremis in lateribus tantum apertae.

Membrana Branchioſtega nuda, expanſa, inflata, oſſiculis ſeptem inſtructa.

Pinnae ſex. *In Dorſo* unica per longitudinem ejus extenſa. *Pinnae Ventrales* in unicam circularem & quodammodo infundibuliformem pinnam ſunt concretae.

157. CYCLOGASTER.

1. *Corpus* oblongum, craſſum, ſatis latum, alepidotum, cute laxiſſima, molli tenerique tectum, mox poſt caput ferme ſubrotundum, inde verſus caudam magis ac magis evadit cathetoplateum.

2. *Caput* breve, obtuſum, plagioplateum, inerme, laxa cute tectum, corpore multo latius.

3. *Roſtrum* obtuſum, latum, rotundum.

4. *Oculi* parvi, in anticis & ſupremis capitis lateribus ſiti, ab invicem longe diſſiti, cute capitis communi tecti, ſubrotundi, planiuſculi.

5. *Os* in apice capitis ſub roſtro ſitum.

6. *Maxilla inferior* ſuperiore parumper brevior.

7. *Dentes* minimi, confuſanei, in areis conſiti, acuti, in utriusque maxillis & utrinque in faucibus.

8. *Opercula Branchiarum* convexa, inermia.

9. *Aperturae Branchiarum* ſubtus clauſae, in ſupremis lateribus hiatu anguſto apertae.

10. *Membrana Branchioſtega* nullo modo ab operculis tecta, ſed libera & expanſa, convexa, oſſiculis ſeptem facile diſtinguibilibus utrinque inſtructa.

11. *Venter* admodum prominens, latus, atque convexus.

12. *Pinnae* in toto piſce ſex, inermes; nimirum unica Dorſalis, duae Pectorales, unica Ventralis, unica Ani, & Cauda.

13. *Pinna Dorſalis* mox poſt caput incipit, & ad caudam usque procedit, cui tandem adnectitur; oſſiculis inſtructa triginta quinque ſimplicibus, tenuiſſimis, inermibus & flexilibus.

14. *Pinnae Pectorales* binae, latiſſimae, rotundatae, mox poſt Opercula Branchialia ſitae, utrinque unica, radiis ſuffulta viginti novem ſimplicibus, tenuiſſimis.

15. *Pinnae Ventrales* in unicam circularem & quodammodo infundibuliformem pinnam connatae ſub pectoralibus ſitae.

16. *Pinna Ani* ab ano usque ad caudam, cum qua ad finem connexa eſt, extenditur, oſſiculorum triginta trium ſimplicium, tenuium.

17. *Cauda* utrinque, ut jam antea (§. 13, & 16.) dictum eſt, cum pinna dorſali & ani connectitur, ſubrotunda, anguſta, oſſiculis inſtructa novem ſimplicibus & tenuiſſimis.

18. *Squamae* in toto corpore nullae, ſed cutis alepidota corpus, pinnas, caputque adeo laxe amplectitur, ut, ſi ruditer tractetur, ſtatim a carne ſeparetur.

19. Inhabitat Mare Septentrionale.

D. D. FRANCONIS DE VRYE, & CORNELII NOSEMAN.

PLEURONECTES. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 14.

158. PLEURONECTES oculis a dextra, totus glaber, dentibus acutis, cauda fere aequali.

Heilbot vulgo.

Pleuronectes oculis a dextris, totus glaber. *Arted. Gen.* 14. *n.* 3. *Synon. p.* 31. *n.* 3. *Gronov. act. Upſ.* 1741. *n.* 37. *Linn. faun. Suec.* §. 302.

Paſſer quatuor cubitos longus. *Klein. Miſſ.* 4. *p.* 33. *n.* 2.

Hippogloſſus Rondeletii. *Blaſ. Anat. p.* 278. *tab.* 50. *fig.* 13. nullius momenti.

1. *Corpus* oblongum, admodum cathetoplateum, laeve, ſquamis parvis inermibus tectum, a dextro latere nigro-cineraſcens; a ſiniſtro vero albidum.

2. *Caput* admodum compreſſum, magnum, ſquamis minutis tectum. *Maxilla Inferior* parum longior.

3. *Dentes* in utrisque maxillis validi, magni, introrſum flexi, duplici ſerie ſiti, albidi.

4. *Palatum* & *Lingua* glabra.

5. *Oculi* magni, bini in latere dextro; in ſiniſtro latere nulli.

6. *Pupilla* coerulea, ovata, angulo os verſus tendente.

7. *Iris* argentea.

8. *Opercula Branchiarum* verſus poſteriora in apicem excurrunt.

9. *Membrana Branchioſtega* oſſiculis utrinque ſex inſtructa.

10. *Linea Lateralis* inermis, in utrisque lateribus ab operculis incipiens, primo arcuatur, dein recta procedit per media latera, & ita percurrit utrinque ſuper Pinnam Caudalem, ad cujus extremum marginem finem capit.

11. *Pinna Dorſi* ſupra oculos incipiens procedit per totam dorſi longitudinem, oſſiculis ſuffulta centum duobus ſimplicibus & flexilibus.

12. *Pectorales* magnae oſſiculorum ſexdecim ramoſorum.

13. *Ventrales* minimae, binae, ſibi approximatae, medio fere inter opercula & pinnam ani ſitae, oſſiculorum ſex.

14. *Prima Ani* longe ab ano incipiens ad caudam ferme usque protenditur, oſſiculis ſuffulta ſeptuaginta octo.

15. *Cauda* magna, parum biſurca, fere aequalis, latiſſima, oſſiculorum novemdecim ſubramoſorum.

16. *Latera* plana, latiſſima ad medium pinnae dorſalis.

17. *Pinnae Pectorales* & *Ventrales* in latere ſiniſtro multo ſunt minores, quam in latere dextro.

18. *Color* in latere dextro cinereo-obſcurus, in ſiniſtro albus.

19. Inhabitat Mare Septentrionale, ubi in vastiſſimam molem excreſcit.

20. *Longitudo* 15 unciarum cum dimidia.

21. *Latitudo* 7 unciarum cum dimidia.

159. PLEURONECTES oculis a ſiniſtra, corpore aſpero. *Arted. Gen.* 14. *n.* 9. *Synon. p.* 32. *n.* 7. *Linn. faun. Suec. n.* 298.

Rhombus maximus asper, non ſquamoſus. *Dale Hiſt. of Narw. p.* 423. §. 1.

1. *Corpus* ovatum, in latere ſiniſtro nigro-cinereum, in dextro albidum, tuberculis ſubacutis ſparſis obſitum.

2. *Oculi* ambo ſiti in latere ſiniſtro, ovati.

3. *Dentium* varii ordines in utrisque maxillis, perparvi.

4. *Opercula Branchiarum* poſtice ſupra pinnas pectorales in apicem truncatum exeuntia.

5. *Linea Lateralis* laevis, primo curva, dein recta, ac in mediis lateribus extenſa.

6. Praeter tubercula, quae latera obtegunt, dantur & minutiſſimae *Squamae*.

7. *Pinna Dorſi* ante oculos in ſummo capite incipiens procedit per totam dorſi longitudinem, oſſiculis ſexaginta quinque ſuffulta ſimplicibus & inermibus.

8. *Pinnae Pectorales* mox poſt opercula ortae, in mediis lateribus ſitae, ſubrotundae, oſſiculorum tredecim ſimplicium.

9. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi approximatae, longitudinaliter in imo ventre ſitae, oſſiculorum ſex ſimplicium.

10. *Pinna Ani* mox poſt anum orta, & ad caudam usque fere extenſa, oſſiculisque ſimplicibus & inermibus quinquaginta inſtructa.

11. *Pinna Caudae* ſubrotunda, magna, oſſiculis ſexdecim ſuffulta ſubramoſis.

12. Inhabitat Mare Septentrionale.

160. PLEURONECTES oculis a ſiniſtris, totus glaber, dentibus acutis.

1. Quoad formam, numerum, ſitumque Pinnarum omnino convenit cum Specie XXXVII Muſei Ichthyologici Tomi prioris, a qua differt

2. *Latere Siniſtro* oculato bruneo, &

3. *Dextro* luminibus experti, albicante.

4. *Squamae* ſunt magnae, ovatae, laeves.

5. *Dentes* contigui, acuti, ſatis magni, inflexi.

6. *Linea Lateralis* utrinque recta, in mediis fere lateribus.

7. Comparavi ex muſeo Sebae.

Species

Species hujus Generis in anteriore Tomo descriptae, sunt

PLEURONECTES oculis & tuberculis sex a dextra capitis, lateribus glabris; spina ad anum. *N.* 36.

PLEURONECTES oblongus, maxilla superiore longiore, squamis utrinque asperis. *N.* 37.

PLEURONECTES oblongus, maxilla superiore longiore, squamis utrinque asperis, pinnis pectoralibus carens. *N.* 38.

PLEURONECTES oculis a dextris, totus glaber. *N.* 39.

Nomen hocce specificum cum Synonymis perperam positum fuit, & ad subsequentem descriptionem minime pertinebat, hinc obnixe rogo, ut ejus loco a B. L. legatur

PLEURONECTES oblongus, glaber, oculis a dextris, dentibus obtusis, cauda subrotunda.

Cynoglossus, Scharretong. *Junio. Nomencl.*
Kleinii & *Blasii* Synonyma deleantur.

PLEURONECTES oculis a dextris, linea laterali aspera, spinulis superne ad radices pinnarum, dentibus obtusis. *N.* 40.

PLEURONECTES oculis a dextra, ano ad latus sinistrum, dentibus acutis. *N.* 41.

PLEURONECTES oculis a dextra, corpore glabro, pinnis pectoralibus nullis. *N.* 42.

PLEURONECTES oculis a sinistra, corpore glabro. *N.* 43.

ANARRHICHAS. Mus. Ichth. tom. 1. p. 16.

Species ejus in antecedente Tomo descripta, est

ANARRHICHAS. *N.* 44.

MURAENA. Mus. Ichth. tom. 1. p. 16.

161. MURAENA unicolor, maxilla superiore longiore.

1. *Color* & *Forma* omnino convenit cum Specie XLV. Musei Ichthyol., a qua differt quibusdam in partibus.

2. *Caput* antice acuminatum.

3. *Os* ingens.

4. *Nares* tubulosae, latae, dependentes ex lateribus anticis rostri.

5. *Maxilla Superior* ante inferiorem multo prominet.

6. *Opercula Branchiarum* undique videbantur clausa & nullo foramine pertusa.

7. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, longe ab operculis branchialibus diffitae, parvae, subrotundae, in infimis lateribus positae, officulis instructae. . . . .

8. Mox sub pectoralibus cernitur *Rima* transversalis, angusta; an *Foramen Branchiarum?*

9. *Pinnae Dorsi, Ani & Cauda*, ut in Specimine allegato.

10. *Color* ex luteo cinereus.

Nota. Hancce speciem ipse non possideo, verum vidi atque descripsi in Museo instructissimo Rerum Naturalium ARNOLDI VOSMAERII.

Species hujus Generis in priori Tomo descriptae, sunt

MURAENA unicolor, maxilla inferiore longiore. *N.* 45.

MURAENA pinnis pectoralibus carens. *N.* 46.

GYMNOGASTER. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 17.

Species ejus in anteriore Volumine deſcripta, eſt

GYMNOGASTER. *N.* 47.

Hujus elegantiſſimam nobis dedit iconem D. Browne in deſcriptione Jamaicae.

COREGONUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 18.

162. COREGONUS maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi officulorum viginti trium. *Arted. Gen.* 7. *num.* 3. *Synon. p.* 20. *n.* 3. *Spec. p.* 41. *n.* 3. *Linn. faun. Suec.* §. 314.

Thymallus vel *Thymus* Auctorum.

Pinna Dorſi Prior officulorum viginti unius. *Posterior* magna adipoſa. *Pectorales* quindecim. *Ventrales* medio inter Pectorales & Pinna Ani ſitae, officulisque decem inſtructae. *Pinna Ani* officulorum quindecim. *Cauda* bifurca.

Linea Lateralis recta in mediis lateribus.

Qui plura de hac ſpecie petat, adeat Linnaei & Artedii loca citata.

Inhabitat Rhenum prope Baſileam.

D. D. JOHANNIS CONRADI AMMANNI.

Species ejus in anteriore Tomo deſcripta, eſt

COREGONUS maxilla ſuperiore longiore conica. *N.* 48.

OSMERUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 18.

Species hujus Generis in anteriore Tomo deſcripta, eſt

OSMERUS radiis pinnae ani ſeptemdecim. *N.* 49.

SALMO. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 18.

163. SALMO roſtro ultra inferiorem maxillam ſaepe prominente. *Arted. Gen.* 9. *n.* 1. *Synon. p.* 21. *n.* 1. *Spec. p.* 48. *n.* 1. *Linn. faun. Suec.* §. 306.

Inhabitat Rhenum prope Baſileam.

Officulorum numerus in pinnis omnino convenit cum deſcriptione Artediana.

D. D. JOHANNIS CONRADI AMMANNI.

164. SALMO latus, cauda fere recta, maxillis aequalibus. Maculis nigris annulo albidiore cinctis.

1. *Corpus* breve, latum.

2. *Dorſum* a capite adſcendens uſque ad pinnam dorſalem anteriorem, & inde declive verſus caudam.

3. *Caput* magnum, acuminatum.

4. *Os* ingens, dentibus magnis ſcatens.

5. *Oculi* magni in lateribus.

6. *Opercula Branchiarum* poſtice in acumen vergentia.

7. *Linea Lateralis* recta in mediis lateribus.

8. *Venter* prominens albidus.

9. *Color* 1°. obſcurus, nigricans in dorſo & capite; verſus inferiora albidior.

2°. In utrisque lateribus tam ſupra quam infra lineam lateralem in conſpectum prodeunt maculae magnae, ovatae, ſparſim diſpoſitae, quae annulo albidioris coloris ſunt cinctae.

3°. Praeter haſce & adſunt minimae nigrae maculae in ſummo Dorſo & Operculis Branchialibus, & Pinna Dorſali.

4°. Reliquae pinnae albidae ſunt, & ad exortum parumper nigricantes.

5°. Pinna adipoſa rubicat.

14. *Pinna Dorſalis Anterior* officulorum quatuordecim ramoſorum, tribus prioribus exceptis ſimplicibus & inermibus.

15. *Pinna Dorſalis Poſterior* eſt adipoſa.

16. *Pinnae Pectorales* officulorum duodecim.

17. *Pinnae Ventrales* e regione oppoſita fini Pinnae Dorſalis Prioris, & medio inter Pinnas Pectorales & Pinnam Ani ſitae, officulorum duodecim.

18. *Pinna Ani* medio inter Pinnas Ventrales & Caudam

caudam ſita, officulorum decem.
19. *Cauda* latiſſima, indiviſa, fere recta.
20. Inhabitat Rhenum prope Baſileam.
D. D. JOHANNIS CONRADI AMMANNI.

In praecedente Tomo deſcriptae ſunt ſequentes Species.

SALMO maxilla inferiore paulo longiore, maculis rubris. *N.* 50.

SALMO cauda bifurca, maculis ſolum nigris, ſulco longitudinali in ventre. *N.* 51.

SALMO vix pedalis, pinnis ventris rubris, maxilla inferiore paulo longiore. *N.* 52.

CHARAX. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 19.

Species hujus Generis in priori Tomo deſcriptae, ſunt

CHARAX dorſo admodum prominulo, pinna ani officulorum quadraginta quinque. *N.* 53.

CHARAX pinna ani officulorum triginta unius, dorſo leviter convexo. *N.* 54.

ANOSTOMUS.

Corpus cathetoplateum, oblongum, ſquamoſum.
Caput cathetoplateum. *Oculi* magni in lateribus. *Os* ſurſum flexum, ſeu in ſupina capitis parte. *Maxilla inferior* longior. *Dentes* in maxillis.
Membrana Branchioſtega officula utrinque quatuor lata continet.
Pinnae octo. In *Dorſo* duae, quarum *Poſterior* adipoſa.

165. ANOSTOMUS. Iconem vide Tab. VII. Fig. 2.

1. *Corpus* cathetoplateum, oblongum, craſſum, verſus caudam tenuius, ſquamis inermibus brunneis magnis, imbricatim ſitis, tectum.

2. *Caput* cathetoplateum, depreſſum, altitudinem corporis perpendicularem, ubi pinna dorſi oritur, vix dimidiam attingens, inter oculos latum, laeviter convexum, omnino inerme, antice in apicem contractum.

3. *Os* in apice capitis, ſurſum ſpectans, angustum, denticulatum.

4. *Maxillae* inaequales, cujus *Inferior* admodum craſſa, & in rotundum papillaeformem apicem contracta, ultra ſuperiorem multo prominet.

5. *Dentes* in utrisque maxillis, parvi, contigui, brunei, ſibi paralleli, unico ordine ſiti.

6. *Nares* unico utrinque foramine praeditae, inter oculos & maxillam ſuperiorem ſitae, ſibi paulo propiores, quam oculi.

7. *Oculi* in mediis lateribus capitis ſiti, lateraliter ſpectantes, ſubrotundi, magni, parum convexi, tunica propria tecti.

8. *Aperturae Branchiarum* apertiſſimae.

9. *Membrana Branchioſtega* officulis utrinque quatuor, latis, parumper incurvatis ſuffulta, quorum ſuperius maximum, inferius vero minimum.

10. *Dorſum* latum, convexum, a capite valde adſcendens, dein curvo ductu procedens ad pinnam dorſi, a qua declivo ductu petit caudam.

11. *Linea Lateralis* vix viſibilis, per media latera ab operculis ad caudam percurrit.

12. *Pectus* & *Venter* convexa. *Pectus* a capite parum declinat ad pinnarum pectoralium regionem usque, inde rectus procedit *Venter* ad pinnam usque ani, ubi parum adſcendit usque ad finem pinnae ani, unde iterum rectus ad caudam pergit.

13. *Pinnae* in toto corpore octo, inermes.

14. *Pinna Dorſi Prior* in medio fere dorſo, inter apicem roſtri & initium caudae ſita, officulis inſtructa undecim ramoſis, exceptis duobus prioribus ſimplicibus & inermibus.

15. *Pinna Dorſi Poſterior* caudae proxima, parva, omnino adipoſa.

16. *Pinnae Pectorales* duae, unica utrinque in infimis lateribus longitudinaliter ſita, officulis inſtructa tredecim ramoſis, exceptis duobus prioribus ſimplicibus.

17. *Pinnae Ventrales* binae, ad invicem approximatae, e regione pinnae dorſalis prioris, longe ab ano in imo ventre ſitae, officulis ſeptem ſubramoſis & robuſtis ſuffultae, primo excepto maximo ſimplici, etiam inermi.

18. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, e regione pinnae dorſalis ſecundae, officulis ſuffulta decem ſubramoſis, duobus prioribus exceptis ſimplicibus.

19. *Cauda* lata, bifurca, officulorum viginti quinque.

20. *Color* bruneus, lineis indiſtinctis longitudinalibus latis ſubbruneis varius.

21. Comparavi ex Muſeo Sebae.

GADUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 20.

Species hujus Generis in antecedente Tomo deſcriptae, ſunt

GADUS dorſo tripterygio, ore imberbi, corpore albo, maxilla ſuperiore longiore. *N.* 55.

GADUS dorſo tripterygio, ore imberbi, dorſo vireſcente. *N.* 56.

GADUS dorſo tripterygio, ore imberbi, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. *N.* 57.

GADUS dorſo tripterygio, ore cirrato, colore vario, maxilla ſuperiore longiore, cauda aequali. *N.* 58.

GADUS dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla ſuperiore longiore, cauda parum bifurca. *N.* 59.

GADUS dorſo tripterygio, ore cirrato, longitudine ad latitudinem tripla, pinna ani prima officulorum triginta. *N.* 60.

GADUS dorſo dipterygio, ore cirrato, maxillis aequalibus. *N.* 61.

GADUS dorſo dipterygio, ſulco magno ad pinnam dorſi primam, ore cirrato. *N.* 62.

URANOSCOPUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 21.

166. URANOSCOPUS officulis pinnae dorſalis primae breviſſimis, capite utrinque monacantho.

Cottus alepidotus glaber, capite diacantho. *Arted. Gen.* 34. *n.* 1. *Synon. p.* 76. *n.* 1. *Spec. p.* 82. *n.* 1. *Linn. faun. Suec.* §. 279.

Gobio fluviatilis capitatus. *Willugh. Ichth. t. H.* 3. *f.* 3. *Marſigl. Danub. tom.* 4. *tab.* 24. *f.* 2.

1. *Caput* plagioplateum, corpore ipſo latius, ſuperne convexum, inferne planum, antice rotundato-obtuſum.

2. *Os* in apice capitis, transverſum; cujus *rictus* anguſtus.

3. *Maxillae* aequales, ſuperior extenſilis.

4. *Labia* mobilia, membranoſa, dentes tegentia.

5. *Dentes* minimi, confuſanæe in areis conſiti, innumeri, in utrisque maxillis, & palato ſuperiore, & faucibus.

6. *Lingua* lata, craſſa, carnoſa, mobilis, edentula.

7. *Oculi* in ſupremo capite ſiti, longitudinaliter verſus anteriora protenſi, cute capitis communi tecti, ſatis magni.

8. *Nares* valvula papillaeformi inſtructae.

9. *Opercula Branchiarum* inermia, convexa.

10. *Aculeus* aduncus, ſurſum incurvatus, acuminatus, albidus, cuſpide ſimplici inſtructus, utrinque in media operculorum lamina.

11. *Aperturae Branchiarum* ſubtus clauſae, in lateribus majori hiatu, quam in deſcriptis Congeneribus LXIII, LXIV, & LXV. inſtructae.

12. *Linea lateralis* ſatis conſpicua, recta, dorſo parumper propior.

13. *Corpus* prope caput plagioplateum, verſus caudam cathetoplateum.

14. *Dorſum* convexum, latum.

15. *Latera* ſubconvexa, anguſta.

16. *Abdomen* latum, planum.

17. *Pinnae* in toto piſce octo, ſcilicet duae Dorſales, totidem Pectorales & Ventrales, unica Ani & Cauda.

18. *Pinna Dorſalis Prior* parva, humilis, officulorum ſeptem, indiviſorum; quorum maxima longitudo eſt trium linearum.

19. *Pinna Dorſi Poſterior* ab anteriore parum diſſita, eaque multo altior, ad caudam ferme usque extenſa, officulorum octodecim, mollium, ſimplicium, quorum media longiſſima quatuor lineas longitudine capiunt.

20. *Pectorales Pinnae* magnae, rotundatae, ampliſſimae, nigris maculis variae, officulis quatuordecim indiviſis, craſſiſſimis inſtructae; ad ambitum ſerratae, quum membrana officula contegens ad extrema officulorum non pertingit.

21. *Pinnae Ventrales* ſibi approximatae, binae, in infimo ventre ſitae ſub pectoralibus, officulorum quatuor craſſiſſimorum, ſimplicium, quorum intermedia longiſſima.

22. *Anus* in medio abdominis inter apicem capitis & caudam.

23. *Pinna Ani* parum ab ano diſſita, officulorum duodecim inermium ſimplicium & mollium.

24. *Cauda* ſubrotunda, officulorum tredecim dichotomorum.

25. *Cutis* laxa, lubrica, alepidota.

26. *Color* ſubobſcurus, in lateribus nigris transverſis lineolis varius. Venter albidus. Pinnae nigromaculoſae.

27. In-

27. Inhabitat mare ſeptentrionale.
28. *Longitudo* tota —— —— unc. 4 — lin. :
a roſtro uſque ad angulos oris —— : — 2
ad oculos —— : — 2 ½
ad opercula —— 1 — :
ad pinnas pectoris : — 9
ad pinnam dorſalem primam —— 1 — 2
ad ejus finem —— 1 — 6
ad pinnam dorſalem ſecundam —— 1 — 8 ½
ad ejus finem —— 3 — 1
ad pinnas ventrales 1 — :
ad anum —— 1 — 8
ad pinnam ani —— 1 — 9
ad ejus finem —— 2 — 9
ad caudam —— 3 — 5
29. *Altitudo* perpendicularis capitis — : — 3
corporis prope ad pinnam dorſalem primam —— : — 6
ad caudam —— : — 3
30. *Latitudo* transverſalis capitis ad os —— —— : — 3 ½
ad opercula branchiarum —— —— : — 8 ½
corporis prope ad pinnas pectorales. : — 7 ⅓
ad anum —— —— : — 6
ad caudam. —— —— : — 2
31. D. D. FRANCONIS DE VRYE.
32. Qui pleniorem explicationem internarum hujus Piſciculi partium petit, adeat deſcriptionem Artedianam in Speciebus p. 82. & 83. traditam.

Species hujus Generis in Volumine priore deſcriptae, ſunt

URANOSCOPUS officulo primo pinnae dorſalis primae unciali. *N.* 63.

URANOSCOPUS officulo primo pinnae dorſalis primae longitudine corporis. *N.* 64.

URANOSCOPUS officulo primo pinnae dorſalis primae triunciali. *N.* 65.

ATHERINA. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 23.

Species ejus in priori Volumine deſcripta, eſt

ATHERINA. *N.* 66.

PLECOSTOMUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 24.

167. PLECOSTOMUS dorſo dipterygio, ore dentato, cirris plurimis ad roſtrum, faſciculo aculeorum utrinque ad opercula.

1. *Figura* corporis, capitis, pinnarumque, ut in Specie LXVII. in Muſ. Ichth. tomo priore deſcriptâ.
2. *Roſtrum* obtuſum, cartilaginoſum, ſubtus plurimis cirris inſtructum.
3. *Oculi*, *Os*, *Labia*, *Dentes*, *Nares*, *Aperturae Branchiarum*, ut in deſcripta Specie LXVII.
4. *Cirrus* utrinque unicus parvus ad angulos labiorum, ubi ſupremum labium cum inferiore connectitur.
5. Mox ſub oculos ante opercula in infimis lateribus prodit utrinque *faſciculus aliquot Aculeorum* mobilium, apices verſus caput inflexos habentium, quique numero ſunt ſeptem; horum poſteriores ſunt maximi, & anteriores ſenſim minores.
6. *Dorſum*, *Latera*, *Abdomen*, *Squamae*, *Anus*, & *Pinnarum* figura atque ſitus, ut in mox allegata Specie.
7. *Pinna Dorſi Prima* officulorum octo.
8. *Pinna Dorſi Secunda* officulo unico inſtructa.
9. *Pectorales* officulis ſeptem inſtructae, quorum primum robuſtiſſimum, maximum & ſcabrum.
10. *Ventrales* officulorum ſex, quorum primum robuſtiſſimum, maximum & ſcabrum.
11. *Pinna Ani* minima officulis quinque inſtructa.
12. *Cauda* erat mutilata, hinc num bifida nec ne, incerta res eſt, ſaltem officulis erat inſtructa ſexdecim.
13. *Color* ſubruneus, immaculatus.
D. D. WILHELMI BAART.

Species ejus in antecedente Volumine deſcriptae, ſunt.

PLECOSTOMUS dorſo dipterygio, cirris duobus, cauda bifurca. *N.* 67.

PLECOSTOMUS dorſo monopterygio, ore cirrato, edentulo, officulo ſuperiori caudae bifurcae ſetiformi brevi. *N.* 68.

PLECOSTOMUS dorso monopterygio, ore cirrato, dentato, officulo superiori caudae bifurcae longitudine corporis. *N.* 69.

ELEOTRIS.

Corpus quandoque plagioplateum, interdum & cathetoplateum, oblongum, teretiusculum. *Squamae* inermes.

Caput plagioplateum, interdum & cathetoplateum, obtusum. *Dentes* minimi in maxillis.

Membrana Branchiostega officulis sex.

Pinnae octo. In *Dorso* duae. *Ventrales* in imo ventre sub Pectoralibus, plerumque ad invicem junctae, ut unicam pinnam referant, quandoque discretae.

168. ELEOTRIS capite plagioplateo, maxilla inferiore longiore, pinnis ventralibus discretis.

Amore Pixuma Brasilienſibus, vulgo corrupte Amorea. *Marcgr. Braſ. libr.* 4. *p.* 166. *Willugb. Ichth. pag.* 203.

Truttae congener, piscis laevis fluviatilis, colore varius, cataphracti facie. *Sloane Jam. vol.* 2. *pag.* 285. *tab.* 249. *f.* 1. *Raj. Synopſ. piſc. p.* 158.

1. *Corpus* oblongum, teretiusculum, angustum, versus caput plagioplateum, versus caudam cathetoplateum.

2. *Caput* latitudinem corporis aequans, versus anteriora parum angustius, obtusum, superne planum, hinc plagioplateum, in lateribus convexum.

3. *Os* in apice capitis, obtusum, magnum.

4. *Maxillae* longitudine inaequales; inferior enim ante superiorem multo prominet; latae, rotundatae.

5. *Dentes* plurimi, contigui, minimi in maxillis.

6. *Lingua* glabra, mobilis, carnosa, subrotunda, libera. *Palatum* glabrum.

7. *Oculi* in anteriore capitis parte, utrinque in lateribus summis siti, magni, cute communi capitis tecti.

8. *Opercula Branchiarum* laevia, inermia, alepidota.

9. *Aperturae Branchiarum* apertissimae.

10. *Membrana Branchiostega* officulorum sex, supremo sub operculis latitante.

11. *Squamae* parvae, imbricatim denseque invicem superimpositae, non tantum latera, sed & superne caput tegentes.

12. *Linea Lateralis* nulla visibilis.

13. *Dorsum* latum, ad caput planum, versus caudam angustius, dipterygium.

14. *Latera* convexa, ad caudam plana, ubique ejusdem fere latitudinis.

15. *Pinna Dorsi Prior* officulorum sex tenuissimorum, inermium, quorum primum maximum quinque lineas longum, & ultimum minimum trium linearum.

16. *Pinna Dorsi Secunda* a priore parum dissita, officulorum decem ad apices ramosorum, omnibus eandem longitudinem aequantibus, scilicet quinque linearum.

17. *Pectorales Pinnae* in utrisque infimis lateribus sitae, subrotundae, ab operculis parum dissitae officulis suffultae ramosis . . . .

18. Sub his in ventre adsunt *Pinnae Ventrales* binae, quarum singulae suffultae sunt quinque inermibus ramosis officulis.

19. *Pinna Ani* mox post anum sita, officulorum novem ultra medium ramosorum.

20. *Cauda* subrotunda, officulorum viginti quatuor ramosorum.

21. *Color* subobscurus, ferrei coloris, in ventre albidior.

22. Vivit sub Zona torrida.

23. Longitudo ab apice maxillae inferioris usque

	unc.	lin.
ad finem caudae. ——	5	4
superioris usque		
ad finem caudae. ——	5	1
ad oculos —— ——	:	2
ad opercula —— ——	1	2
ad pinnas pectorales ——	1	6
ad earum fines ——	2	3
ad pinnas ventrales ——	1	4
ad earum fines ——	1	9
ad pinnam dorsi primam	1	8
ad ejus finem —— ——	2	2
ad pinnam dorsi secundam	2	5
ad ejus finem —— ——	3	1
ad pinnam ani —— ——	2	7
ad ejus finem —— ——	3	3
ad initium caudae ——	4	1

24. *Altitudo* perpendicularis capitis prope

ad oculos —— ——	:	5
ad opercula branchiarum	:	7
corporis prope		
ad pinnam ani ——	:	8
ad caudam —— ——	:	5

D. D. CORNELII VAN HOEY, & FRANCONIS DE VRYE.

169. ELEOTRIS capite cathetoplateo, pinnis ventralibus concretis.

1. *Corpus* breve, angustum, crassum, versus caudam tenuiusculum, cathetoplateum.

2. *Caput* cathetoplateum, latitudinem corporis medii aequans, versus anteriora angustius, superne

ne convexo-planum, ab oculis oblique declive.

3. *Os* in apice capitis, anguſtum.

4. *Dentes* magni, contigui, in utrisque maxillis.

5. *Maxilla Inferior* parum longior ſuperiore.

6. *Oculi* in ſupremis capitis lateribus, magni.

7. *Opercula Branchiarum* convexa, laevia.

8. *Aperturae Branchiarum* in lateribus tantum apertae, ſubtus clauſae.

9. *Membrana Branchioſtega* officulis ſex non parallelis arcuatis ſuffulta.

10. *Dorſum* anguſtum & in aciem contractum, a capite usque ad pinnam dorſi primam aſſurgit, unde iterum ſe deflectit verſus caudam.

11. *Latera* convexo-plana, verſus caudam anguſtiora.

12. *Venter* prominens, convexus.

13. *Squamae* inermes, majuſculae, imbricatim ſitae.

14. *Pinna Dorſi Anterior* officulorum ſex tenuiſſimorum, filiformium, ſimplicium, & inermium.

15. *Pinna Dorſi Poſterior* ab anteriore parum diſſita, officulis duodecim ſuffulta, quae ultra media ſunt dichotonia.

16. *Pinnae Pectorales* ſitu & formâ, ut in mox praecedente.

17. *Ventrales Pinnae* in unicam rotundatam & latam pinnam concretae, ſub pectoralibus ſitae.

18. *Pinna Ani* officulorum ultra media dichotomorum novem.

19. *Linea Lateralis* nulla perceptibilis.

20. *Cauda* ſubrotunda.

21. Vivit cum praecedente.

22. *Color* bruneus.

23. *Longitudo* tota a maxilla ſuperiore usque

	unc.	lin.
ad finem caudae ——	3	1
ad operculorum fines — :		7
ad pinnam dorſi primam :		8
ad ejusdem finem. ——	1	2
ad pinnam dorſi ſecundam	1	3
ad ejus finem —— ——	1	9
ad pinnas pectoris —— :		8
ad earum fines —— ——	1	3
ad pinnas ventrales —— :		9
ad pinnam ani —— ——	1	5
ad ejus finem —— ——	1	9
ad caudae initium ——	2	4

24. *Altitudo* perpendicularis

capitis	ad os —— —— —— :		3
	ad opercula —— —— :		6
corporis	ad pinnas ventris —— :		7
	ad finem pinnae ani —— :		5
	ad caudam —— —— :		3 ½
25. *Diameter* capitis	ad os —— —— :		2
	ad opercula branchiarum —— :		5
corporis	ad anum —— :		3
	ad caudam —— :		1

D. D. CORNELII VAN HOEY.

170. ELEOTRIS capite plagioplateo, maxillis aequalibus, pinnis ventralibus concretis.

Amore Guacu Braſilienſibus. *Marcgr. Braſil. Lib.* IV. *p.* 166.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, oblongiuſculum, tenuiusculum, ſquammoſum.

2. *Caput* plagioplateum, latitudinem corporis medii aequans, alepidotum, ſuperne depreſſum, convexum; lateribus ſubrotundis, antice obtuſum, ſubtus planum.

3. *Oculi* in ſummo capite, antrorſum ſiti & ſpectantes, magni, rotundi.

4. *Os* in apice capitis, magnum.

5. *Maxillae* ore clauſo aequales, aperto inferior paululum longior.

6. *Dentes* plurimi, contigui, acuti, fatis magni, in utrisque maxillis, labiis tecti.

7. *Lingua* libera, ſubrotunda, edentula.

8. *Palatum* laeve.

9. *Opercula Branchiarum* laevia, convexa.

10. *Aperturae Branchiarum* lato amploque hiatu in lateribus patent, ſubtus clauſae.

11. *Membrana Branchioſtega* ut in Congeneribus.

12. *Dorſum* parum in exortu adſcendens, a pinna dorſi priore usque ad caudam rectum extenditur; caeterum eſt craſſum & convexum.

13. *Latera* convexo-plana, ubique fere ejusdem latitudinis.

14. *Venter* parum prominens, convexus.

15. *Linea Lateralis* nulla perceptibilis.

16. *Squamae* majuſculae, imbricatae, convexae, laeves, verſus poſteriora in apicem obtuſum extenſae, hinc ſitu lineas longitudinales efformantes in lateribus.

17. *Pinnae Dorſales* binae, ut in praecedente Specie.

18. *Pectorales Pinnae* latae, mox poſt opercula ſitae, ſubrotundae, officulorum ſeptemdecim ramoſorum.

19. *Pinna Ventralis* unica in infimo ventre ſita, ſub pinnis pectoralibus, ſubrotunda, latiſſima, infundibuliformis, officulorum undecim ſubramoſorum, mediis longiſſimis; a lateralibus officulis, quae breviſſima ſunt, ducitur humilis membrana verſus anteriorem pinnam, unde infundibuli formam acquirit.

20. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita officulorum octo.

21. *Cauda* ſubrotunda, officulorum ſeptemdecim ramoſorum.

22. Vivit cum ſuperiore.

23. *Longitudo* tota

	unc.	lin.
—— —— ——	3	9
a roſtro usque ad operculorum fines :		9
ad pinnas pectoris	1	1
ad earum fines ——	1	8
ad pinnas ventrales :		9

ad earum fines — 1 — 5
ad pinnam dorſi primam. — — 1 — 2
ad ejus finem — 1 — 6
ad pinnam dorſi ſecundam — — 1 — 9
ad ejus finem — 2 — 5
ad pinnam ani — 1 — 9
ad ejus finem — 2 — 5
ad caudam — — 3 — 1

24. *Latitudo* transverſalis
capitis ad os — : — 4
ad opercula : — 7
corporis ad caudam : — 1½
25. *Altitudo* perpendicularis
capitis ad oculos — : — 4
corporis ad pinnam dorſi primam — — : — 7
ad caudam : — 4

D. D. CORNELII VAN HOEY.

CALLICHTHYS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 27.

Species hujus Generis, in anteriore Tomo, quas deſcripſi, ſunt

CALLICHTHYS cirris quatuor, lateribus duplici utrinque ſquamarum ordine veſtitis. *N.* 70.

CALLICHTHYS cirris ſex, lateribus unico ſquamarum ordine veſtitis. *N.* 71.

CENTRISCUS.

Corpus oblongum, cathetoplateum, ſubcompreſſum, tenue, pellucidum, in extremo dorſo aculeo oblongo inſtructum; *Venter* compreſſiuſculus, tenuiſſimus.

Caput cathetoplateum, antice in tubulum oblongum excurrens, in cujus orificio *Os* anguſtiſſimum, edentulum.

Membranam Branchioſtegam nullam propter pelluciditatem detegere potui.

Pinnae in toto piſce ſeptem; in *Dorſo* duae, ſibi proximae, prope ad caudam ſitae. *Cauda* inflexa.

171. CENTRISCUS. Iconem vide Tab. VII. fig. 3.

Ikan Piſau, de Mesviſch: *Valent. piſc. amb. tom.* 4. *f.* 243. *pag.* 420. *n.* 243.

Ikan Piſau Gala Roepa-nja, de Mesviſch, die de gedaante van een haak heeft. *Valent. ibid. f.* 254. *p.* 423. *n.* 254.

1. *Piſcis* oblongus, cathetoplateus, ſubcompreſſus, tenuis, pellucidus, laminis corneis diverſimode tectus.

2. *Caput* oblongum, inerme, cathetoplateum, eandem corporis latitudinem ſervans, antice longe productum in tubulum oblongum, anguſtiſſimum, cathetoplateum, prope cujus orificum parum inflexum eſt; ſuperne a dorſo paulatim lente ac oblique deſcendit; inter oculos eſt planum & latum; ſubtus in aciem eſt contractum.

3. *Os* anguſtiſſimum, & ad orificium tubuli capitis ſitum, edentulum.

4. *Maxillae* aequales, minimae, ad apicem tubuli ſitae.

5. *Oculi* ſubrotundi, in ſupremis lateribus ſiti, operculis branchiarum proximi, cute capitis propria tecti; *Pupilla* ſubrotunda nigra.

6. *Nares* longitudinaliter mox ante oculos in lateribus ſitae, foramine utrinque duplici inſtructae.

7. *Opercula* laevia, pellucida, cornea, margine aequali inſtructa, inferne in tenuiſſimam membranam expanſa, ſubtus & lateraliter ſatis patentia.

8. *Dorſum* a capite usque ad aculeum, mox ante pinnam dorſi primam ſitum, rectum. A capite autem ad Pinnas usque Dorſales tegitur dorſum lamellâ ſatis durâ & quaſi corneâ, lateraliter complicatâ, ſuperne parum convexâ; a parte autem poſtica ſenſim ſurſum elevatur haecce Lamella, atque in aculeum oblongum, acutiſſimum, craſſum, & oblique ſurſum extenſum abit. Ad exortum hujus aculei, ubi extra corpus emergere incipit, incurvato ductu inflectitur corpus ad caudam usque.

9. *Venter* admodum tenuis, & in aciem acutiſſimam corneam flexilemque abiens; Acies iſta provenit ab elongata cute, quae latera tegit utrinque; caeterum ab operculis parum prominens eſt, & curvato ductu parumper adſcendit ad finem usque pinnae ani, unde iterum ſe inflectit verſus caudam.

10. *Latera* plana, oblique in abdomen declinantia, poſt opercula latiſſima, & ad caudam anguſtiſſima.

11. *Anus* mox ante pinnam ani ſitus, longe a capite remotus.

12. *Pinnae* in toto piſce ſeptem inermes, nimirum duae Pectorales, totidem Dorſales, unica Ventrales, unica Ani, & unica Caudae.

13. *Pinnae Dorſales* duae, ſibi proximae, in extremo dorſo prope ad caudam ſitae.

14. *Pinnae Dorſi Prioris* pars anterior officulo aculeato, de quo §. 8. egi, affixa, & officulis

tribus

tribus ſimplicibus, tenuiſſimis, inermibus ſuffulta eſt.

15. *Pinna Dorſi Poſterior* mox poſt Anteriorem ſita, parva, officulorum novem, quorum ſuperius longiſſimum, infimum vero minimum.

16. *Pinnae Pectorales* in mediis fere lateribus longe ab operculis ſitae, officulorum decem ſimplicium.

17. *Pinna Ventralis* unica, medio fere inter anum & opercula ſita, minima, non niſi oculo armato conſpicua, officulis ſex vel ſeptem ſimplicibus ſuffulta.

18. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, officulorum undecim ſimplicium, quorum media longiſſima.

19. *Cauda* perparva, inflexa, officulis novem ſuffulta.

20. *Color* flaveſcens.

21. *Locus:* India Orientalis.

22. Comparavi ex Muſeo Sebae.

GYMNOTUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 29.

Species hujus Generis in antecedente Volumine deſcriptae, ſunt

GYMNOTUS maxilla ſuperiore longiore. *N.* 72.

GYMNOTUS maxillis protractis, tubuloſis, in lateribus connatis, corpore maculoſo. *N.* 73.

Muraena maxima orientalis ſingularis. *Seb. theſ. vol.* 2. *tab.* 69. *n.* 3. *p.* 71.

Ordo Secundus

comprehendens

ACANTHOPTERYGIOS.

POLYNEMUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 31.

Species hujus Generis in antecedente Volumine deſcripta, eſt

POLYNEMUS officulis filiformibus utrinque quinque ad pinnas pectorales. *N.* 74.

BLENNIUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 32.

172. BLENNIUS officulis tribus anterioribus pinnae dorſalis reliquis aculeatis majoribus. Iconem vide Tab. V. fig. 5.

Blennius caneſcens: officulis ultimis pinnae dorſalis mollibus. *Arted. Mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* cathetoplateum, oblongum, ſatis craſſum, ad regionem pinnarum pectoralium latiſſimum, ad caudam anguſtiſſimum.

2. *Caput* plagioplateum, mediocris magnitudinis, latitudinem medii corporis aequans, inerme, antice inter oculos convexo-planum; a dorſo in maxillam ſuperiorem admodum declive.

3. *Oculi* in lateribus ſiti, ori quam operculis propiores, magni, ſubrotundi, cute capitis communi laxe tecti.

4. *Nares* mox ante oculos a latere anteriore ſitae, duobus foraminibus utrinque praeditae.

5. *Os* in apice capitis, denticulis inſtructum.

6. *Dentes* in utrisque maxillis, magni, confertı, innumerabiles, labiis tecti.

7. *Maxillae* aequales.

8. *Aperturae Branchiarum* apertiſſimae.

9. *Opercula Branchiarum* inermia, convexa.

10. *Membrana Branchioſtega* ſatis conſpicua, oſſicula utrinque continens ſex.

11. *Dorſum* a capite parum adſcendit ad regionem usque pinnarum pectoralium, inde declinat in caudam; caeterum eſt in aciem contractum.

12. *Latera* convexa, anguſta, ad branchias latiſſima; ad caudam vero anguſtiſſima.

13. *Venter* convexus, ad anum usque latus; poſt eum vero in aciem contrahitur.

14. *Linea Lateralis* ſatis conſpicua, curva, dorſo proxima ad regionem usque ano oppoſitam, ibi declinat verſus media latera, unde recta per media latera procedit, petitque caudam.

15. *Color* rufo-albeſcens.

16. *Anus* capiti multo propior quam caudae.

17. *Squamae* minimae, imbricatim ſitae.

18. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

19. *Pinna Dorſalis* unica, mox poſt caput orta, progrediens per totam dorſi longitudinem usque ad caudam, ubi finem capit, ſuffulta officulis quadraginta quatuor ſimplicibus, quorum triginta ſex anteriora ſunt aculeata, & reliqua octo inermia. Officula tria priora aculeata, reliquis aculeatis ſunt majora, & a ſubſequentibus parumper diſtant, cum quibus attamen per membranam connectuntur.

20. *Pinnae Pectorales* duae, unica utrinque, in lateribus longitudinaliter ſitae, magnae, ovatae, officulorum quindecim ſubramoſorum.

21. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi invicem approximatae, ori propiores quam pectorales, ſub branchiis ſitae, longe ab ano diſtantes, officulis duobus inſtructae.

22. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, ad caudam usque extenſa officulorum viginti octo ſimplicium, inermium,

inermium, primo excepto rigido, & aculeato.

23. *Cauda* rotundata, officulorum duodecim majorum, praeter lateralia minora.

24. Comparavi ex muſeo Sebae.

173. BLENNIUS maxilla inferiore longiore, capite ſubacuto, officulis ſeptem ultimis pinnae dorſalis inermibus.

Blennius varius, capite ſubacuto, officulis ultimis pinnae dorſalis mollibus. *Arted. Mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, ſatis latum & craſſum, microlepidotum, rubeſcens, maculis indiſtinctis bruneis varium.

2. *Caput* cathetoplateum, ſatis magnum, inerme, latitudinem atque altitudinem corporis aequans, ſuperne convexo-planum, multoque contractius quam in lateribus mediis; antrorſum oblique declinans verſus os.

3. *Os* ſurſum ſpectans, ſatis magnum.

4. *Maxillae* inaequales, inferior autem ante ſuperiorem parum prominet.

5. *Dentes* in maxillis utrisque ac palato, innumerabiles, contigui, acuti, ſtabiles, introrſum parumper inflexi, variisque ordinibus ſiti.

6. *Lingua* glabra.

7. *Oculi* ſatis magni, in ſupremis capitis lateribus ſiti, plani, cute capitis communi tecti, parumper ovati, longitudinaliter poſiti, in latera ſpectantes.

8. *Nares* mox ante oculos in ſuprema capitis parte ſiti, invicem paulo propiores quam oculi.

9. *Opercula Branchiarum* inermia, laevia, alepidota.

10. *Membrana Branchioſtega* nullo modo ab operculis branchialibus tecta, officulis incurvatis ſex utrinque conſtans.

11. *Dorſum* in aciem quodammodo contractum, a capite ad caudam usque rectum procedit.

12. *Venter* convexus ab ore ad anum curvato ductu declinans, inde iterum caudam verſus curvo ductu adſcendens.

13. *Latera* convexo-plana, ad anum latiſſima, ad caudam vero anguſtiſſima.

14. *Linea Lateralis* ab operculis branchialibus incipiens, dorſo proxima, eique & parellela, procurrit recta ad regionem fere ano perpendiculariter oppoſitam, ibi oblique deſcendit ad media usque latera, unde iterum recta pergit verſus caudam.

15. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

16. *Pinna Dorſalis* unica, mox poſt caput orta percurrit totam dorſi longitudinem ad caudam usque, officulis ſatis altis inſtructa quadraginta tribus, quorum anteriora triginta ſex ſunt ſimplicia, rigida atque aculeata; reliqua vero ſeptem etiam ſunt ſimplicia, ſed mollia & inermia.

17. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, magna, ſubrotunda, in utrisque lateribus mox poſt branchiarum opercula ſita, officulis inſtructa octodecim ſimplicibus atque inermibus.

18. *Pinnae Ventrales* binae, in infimo ventre ſitae, ſibi approximatae, ori propiores quam pectorales, officulis duobus dichotomis atque craſſis inſtructae.

19. *Pinna Ani* ab ano ad caudam ferme usque extenſa, officulis inſtructa viginti octo ſimplicibus, quorum duo anteriora aculeata, reliqua vero inermia.

20. *Cauda* ſubaequalis, officulorum tredecim majorum, praeter lateralia minora.

		unc.	lin.
21. *Longitudo* a capite usque ad finem caudae	——	4	8
ad ejus initium	—— ——	4	1
ad finem pinnae dorſalis		3	8
ad ejus initium	—— ——	:	7
ad pinnam ani	—— ——	2	1
ad anum	—— ——	2	:
ad pinnas pectorales	——	1	1
ad earum fines	—— ——	1	9
ad pinnas ventrales	——	:	9
ad earum fines	—— ——	1	4
ad fines operculorum branchiarum	—— ——	1	1
ad oculorum fines	—— ——	:	5
ad eorum initium	——	:	3
ad angulos oris	—— ——	:	2
22. *Altitudo* perpendicularis ad os, ore clauſo		:	1½
—— ore aperto		:	4
ad pinnas ventrales		:	9
ad anum	—— ——	1	1
ad finem pinnae ani		:	3
caudae expanſae	——	:	7
23. *Latitudo* transverſalis capitis e regione pinnarum ventralium, verſus dorſum	——	:	2½
verſus ventrem	——	:	6
corporis e regione ani	—— ——	:	6
ad caudam	—— ——	:	1

24. Comparavi ex muſeo Sebae.

174. BLENNIUS capite ſubacuto, maxillis aequalibus, officulis omnibus pinnae dorſalis aculeatis.

Blennius capite ſubacuto, pinna dorſi tota aculeata. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, tenue, teres, alepidotum.

2. *Caput* cathetoplateum, oblongum, a dorſo verſus os oblique declinans, ſuperne anguſtum & parumper convexum, in lateribus convexo-planum, antice ſubacutum.

3. *Os* in apice capitis, admodum productum, anguſtum, inerme.

4. *Dentes* in utrisque maxillis, ſatis magni, acuti, aequales, *labiis* tecti.

5. *Maxillae* aequales.

6. *Oculi* ſatis magni, ſubrotundi, in ſupremis capitis lateribus ſiti, ſibi admodum propinqui, ori admodum vicini.

7. *Aperturae Branchiarum* apertiſſimae.

8. *Membrana Branchioſtega* officulis utrinque conſtat ſex.

9. *Dorſum* anguſtatum, a capite ad caudam usque fere rectum, monopterygium.

10. *Latera* leviter convexa; a capite verſus caudam ſenſim latitudine decreſcente.

11. *Linea Lateralis* nulla in lateribus conſpicua.

12. *Venter* ab operculis ad anum usque convexus & prominens, inde vero usque ad caudam contractus & oblique adſcendens.

13. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

14. *Pinna Dorſi* a fine capitis ad caudam usque per totam dorſalem longitudinem percurrit, linearis, ſeu ubique ejusdem altitudinis, officulis ſuffulta quadraginta ſex rigidis & aculeatis; nullis exiſtentibus inermibus.

15. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, ſubrotunda, in infimis lateribus ſita, & officulis duodecim ſimplicibus inermibus inſtructa.

16. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi invicem approximatae, in infimo ventre mox ſub pinnis pectoralibus ſitae, officulis inſtructae duobus inermibus.

17. *Pinna Ani* ab ano ad caudam extenſa, linearis, ſeu eandem altitudinem ubique aequans, officulis ſuffulta viginti novem ſimplicibus & inermibus; nullis exiſtentibus aculeatis.

11. *Cauda* ſubrotunda officulorum tredecim ſimplicium.

19. Comparavi ex muſeo Sebae.

20. *Longitudo* a capite usque

	unc.	lin.
ad finem caudae	2	5
ad operculorum fines	:	5
ad pinnam dorſi	:	4
ad ejus finem	2	2
ad caudam	2	3
ad pinnam ani	1	1
ad ejus finem	2	2

21. *Altitudo* perpendicularis

ad os	:	½
ad opercula	:	3
ad anum	:	4
ad caudam	:	1
caudae expanſae	:	2

175. BLENNIUS maxilla ſuperiore longiore, capite ſummo acuminato. *Arted. Gen. 22. n. 3. Synon. pag. 45. N. 4.*

Pholis. *Arted. Synon. append. p. 116. Rondel. lib. 6. c. 23. icon optima. Willugb. Ichth. tab. H. 6. f. 4. ex Rondeletio mutuata.*

Alauda non criſtata *Auctorum*?

1. *Caput* breve, craſſum, antice obtuſum, convexum, oblique ab oculis declive in roſtrum; ſuperne eſt rectum, convexum, poſt oculos in carinam longitudinalem & humilem contractum, verſus anteriora inter oculos parvo ſulco inſtructum.

2. *Oculi* ſubrotundi, magni, convexi, tunica propria inſtructi, in ſummis capitis lateribus ſiti, verſus anteriora ſpectantes.

3. *Nares* utrinque unico foramine marginibus elevatis aucto inſtructae, mox ante oculos ſitae, & longe a roſtro diſtantes.

4. Mox ſub naribus utrinque adeſt *Faſciculus exiguarum ſetarum* in circulum poſitarum, verſus anteriora ſe extendentium.

5. *Os* parum ſurſum flexum, anguſtum, in apice capitis ſitum.

6. *Maxilla Superior* inferiore longior.

7. *Dentes* in utrisque maxillis, unica ſerie diſpoſiti, aequales, verſus anteriora extenſi, acuti, ſtabiles.

8. *Opercula Branchiarum* convexa, inermia, inflata.

9. *Membrana Branchioſtega* expanſa, & ab operculis minime tecta, ſed iis ſubnexa, officulis ſex diſtinctiſſimis incurvatis ſuffulta, quorum ſuperius ſub operculis latet.

10. *Aperturae Branchiarum* ſubtus & in lateribus patulae.

11. *Dorſum* a ſummo capite ad caudam usque rectum, monopterygium, convexum, parum anguſtius quam media latera.

12. *Latera* anguſta, verſus caudam a capite ſenſim anguſtiora, convexo-plana.

13. *Abdomen* ſubconvexum, rectum.

14. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

15. *Pinna Dorſalis* unica a capite usque ad caudam per totam dorſi longitudinem extenditur, ſatis alta, ferme linearis, ſeu ubique ejusdem altitudinis,

tudinis, officulis inſtructa triginta & uno, quorum duodecim anteriora robuſtiora, vix aculeata: ad horum finem deliquium exiguum patitur haecce pinna; reliqua novemdecim officula ſunt ſimplicia, ſed molliora.

16. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, poſt opercula in lateribus ſitae, maximae, ferme rotundatae, officulis tredecim inſtructae.

17. *Pinnae Ventrales* binae in imo ventre ſitae, ſibi invicem approximatae, anguſtiſſimae, duobus radiis inermibus inſtructae, ori propiores quam pinnae pectorales.

18. *Anus* e regione deliquii (§.15.) pinnae dorſalis, minimus.

19. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, & ad caudam usque extenſa, officulorum novemdecim inermium.

20. *Cauda* ſubrotunda, officulorum decem majorum, praeter lateralia nonnulla majora.

21. *Linea Lateralis* admodum conſpicua ad exortum dorſo proxima & arcuata, dein in mediis lateribus recta ad caudam usque pergit.

22. *Squamae* in corpore nullae, ſed cute alepidota omnino tegitur.

23. Color ſubfuſcus, nigris maculis varius.

24. Captus Cornubiae.

25. D. D. JOHANNIS ALBERTI SCHLOSSERI.

	unc.	lin.
26. *Longitudo* a maxilla ſuperiore usque ad finem caudae	3	8
ad opercula branchiarum		9
ad oculos		3
ad eorum fines		4
ad pinnas pectorales	1	
ad earum fines	1	8
ad pinnas ventrales		8½
ad earum fines	1	3
ad pinnam dorſalem		9
ad pinnam ani	1	8
ad fines pinnarum dorſalis atque ani, ſeu ad initium caudae	3	2
a maxilla inferiore usque ad finem caudae	3	7
27. *Altitudo* perpendicularis capitis ad oculos		5½
corporis ad pinnas ventrales		7
ad caudam		2½

Species hujus Generis in antecedente Volumine deſcriptae, ſunt

BLENNIUS criſta ſetacea longitudinali inter oculos. *N.* 75.

BLENNIUS pinna dorſali ab oculis ad caudam extenſa, radiorum viginti duorum, prioribus ſex aculeatis. *N.* 76.

BLENNIUS maculis circiter decem nigris, limbo albo utrinque ad pinnam dorſalem. *N.* 77.

BLENNIUS fronte perpendiculariter declivi, pinna dorſi in medio humili. *N.* 78.

BLENNIUS varius, capite ſubacuto, officulis tribus anterioribus pinnae dorſalis acutis. *N.* 79.

Arted. Gen. 23. Linn. Gen. 13.

GOBIUS.

Corpus oblongum, cathetoplateum, ſubteres. *Squamae* aſperae.
Caput cathetoplateum.
Membrana Branchioſtega officulorum quinque utrinque.
Pinnae ſeptem. In *Dorſo* duae. *Ventrales* in unicam infundibuliformem pinnam concretae, & obtinent locum ſub pectoralibus.

176. GOBIUS albeſcens; officulis pinnae dorſalis primae prae-altis & ſetiformibus. *Arted. mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* oblongum, teres, cathetoplateum, parvum, ſquamoſum.

2. *Caput* cathetoplateum, latitudinem medii corporis aequans, inerme, a dorſo declive verſus os.

3. *Os* in apice capitis mediocris magnitudinis.

4. *Dentes* in utrisque maxillis, ſatis magni, acuti, contigui, unico ordine ſiti.

5. *Maxillae* ore clauſo aequales, aperto inferior longior.

6. *Oculi* in ſupremis capitis lateribus ſiti, longitudinaliter ovati.

7. *Membrana Branchioſtega* ſub operculis latitans officulorum quinque.

8. *Dorſum* anguſtum, in acumen contractum, rectum, dipterygium.

9. *Latera* convexa, anguſta.

10. *Linea Lateralis* nulla viſibilis.

11. *Squamae* parvae, ſitu longitudinales lineas efformantes, ſcabrae.

12. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

13. *Pinna Dorſalis Anterior* mox poſt caput orta, altiſſima, officulis inſtructa ſex ſimplicibus ſetiformibus, per membranam ſatis validam ad dimidiam tertiamve officulorum longitudinis partem pertingentem connexis. Officulum hujus pinnae primum longitudinem aequat quinque linearum; ſecundum ſeptem; tertium quartumque novem; reliqua ſenſim decreſcunt ad ſextum usque, quod duas lineas cum dimidia capit.

14. *Pinna Dorſalis Poſterior* parum ab anteriore diſſita, officulorum ſexdecim ſimplicium & inermium, primo excepto parum aculeato.

15. *Pinnae Pectorales* duae, magnae, unica utrinque, officulorum novemdecim ſimplicium.

16. *Pinna Ventralis* unica, binae enim coalitae ſunt in unam pinnam rotundam, transverſim ſub pectoralibus ſitam, officulis duodecim ſubramoſis inſtructa.

17. *Pinna Ani* mox poſt anum orta, officulis ſuffulta quatuordecim ſimplicibus & inermibus, primo excepto rigidiore & parumper aculeato.

18. *Cauda* ſubrotunda magna, officulorum quindecim ramoſorum, praeter lateralia aliquot minora.

19. *Color* albeſcens, ſtriis transverſalibus argenteis marginibus ferrugineis cinctis varius.

20. Comparavi ex muſeo Sebae. lin. unc.

21. *Longitudo* ab apice capitis usque

ad finem caudae ——	3 —	2
ad oris angulos ——	: —	1 ½
ad oculos —— ——	: —	2
ad eorum fines —— ——	: —	3 ½
ad opercula —— ——	: —	7
ad pinnam dorſi primam	: —	8
ad ejus finem —— ——	1 —	3
ad pinnam dorſi ſecundam —— ——	1 —	4
ad ejus finem —— ——	2 —	1
ad pinnas pectorales ——	: —	8
ad earum fines —— ——	1 —	5
ad pinnam ventralem —	: —	7
ad ejus finem —— ——	1 —	5
ad anum —— ——	1 —	3
ad pinnam ani —— ——	1 —	4
ad ejus finem —— ——	2 —	1
ad caudam —— ——	2 —	5

21. *Altitudo* perpendicularis

capitis ad oculos ——	: —	4
corporis ad pinnam dorſi primam —— ——	: —	6
ad anum ——	: —	6
ad caudam ——	: —	4
officulorum primorum pinnae dorſalis ſecundae ——	: —	4
officulorum poſteriorum ejusdem pinnae ——	: —	5
officulorum pinnae ani	: —	6

SCOMBER. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 34.

Species hujus Generis in antecedente Volumine deſcriptae, ſunt

SCOMBER linea laterali aculeata, pinna ani officulorum triginta. *N.* 80.

SCOMBER pinnulis quinque in extremo dorſo polypterygio, ſpina brevi ad anum. *N.* 81.

SCOMBER linea laterali curva, tabellis oſſeis loricata, corpore lato & tenui. *N.* 82.

MYSTUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 34.

177. MYSTUS cirris ſex longiſſimis, unico ſquamarum aculeatarum ordine utrinque in lateribus. Iconem vide Tab. V. fig. 1. & 2.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, ad pinnas pectorales latiſſimum & verſus caudam ſenſim contractius; ad pinnam dorſalem anticam fere trigonum.

2. *Caput* latitudinem corporis aequans, ad branchias cathetoplateum, ſeu potius trigonum, verſus anteriora oblique deſcendens, ſuperne corio oſſeo, variis lineolis figurisque lævibus elevatisque condecorato, tectum, ſubtus inerme, alepidotum.

3. *Os* in apice capitis ſitum, transverſum, obtuſum. *Rictus* anguſtus.

4. *Dentes* in maxillarum utrarumque marginibus ſiti, minimi, indiſtinguibiles, confertiſſimi, acutiſſimi.

5. *Cirri* ſex, quorum duo maximi, ad angulos oris utrinque ſiti; reliqui vero quatuor ſub maxilla

maxilla inferiore.

6. *Maxilla Inferior* ſuperiore brevior.

7. *Nares* utrinque duobus foraminibus longe ab invicem diſſitis inſtructae.

8. *Oculi* in ſummis capitis lateribus ſiti, ſubrotundi, mediocris magnitudinis.

9. *Opercula Branchiarum* anguſtiſſima, mox ante pinnas pectorales in lateribus tantum aperta.

10. *Squamae* oblongae, transverſales, anguſtae, oſſeae, ſcabrae, numero triginta quatuor, in lateribus ſitae; in mediis oblonga acutaque apophyſi inſtructae, cujus mucro verſus caudam inflectitur.

11. Praeter haſce ſquamas nullae aliae in toto piſce obſervantur, verum reliqua *Cutis* alepidota exiſtit.

12. *Linea Lateralis* nulla diſtinguibilis, niſi ordinem aculeorum ex mediis ſquamis (§. 10.) procedentium pro tali habeas. Tunc eſt recta e regione oculorum orta, & ad medium usque caudae extenſa; in initio dorſo propior, ſed in fine in mediis lateribus conſtituta.

13. *Dorſum* parumper elevatum, & in aciem contractum eſt.

14. *Latera* oblique declivia, lata.

15. *Abdomen* admodum latum & prominens.

16. *Anus* caudae multo propior quam capiti, mox ante pinnam ani ſitus.

17. *Pinnae* in toto piſce octo; nimirum duae in Dorſo, totidem in Pectore ac in Ventre, poſt Anum unica, & Cauda.

18. *Pinna Dorſalis Anterior* mox poſt caput in ſummo dorſo ſita, ſatis alta, oſſiculorum ſeptem, quorum primum robuſtiſſimum, rigidum, parum aculeatum, longitudinaliter compreſſum (reſpectu ſcilicet habito ad longitudinem piſcis), omnium oſſiculorum longiſſimum, antice ac poſtice denticulis ſerratum; Denticuli Anteriores ſurſum apices erigunt, & Poſteriores deorſum eos inflectunt; Praeterea Denticuli hi per membranam communem pinnae ad apices usque omnino obteguntur. Huic oſſiculo reliqua oſſa ope membranae tenaciſſimae ac pellucidae adligantur, quae inermia, mollia, tenuia & ramoſa ſunt.

19. *Pinna Dorſalis Secunda* longiſſime extenſa, humilis, & adipoſa.

20. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, in infimis lateribus mox poſt aperturas branchiarum ſitae, magnae, oſſiculis novem inſtructae, quorum primum longiſſimum rigidum, compreſſum, longitudinaliter ſtriatum, parumper verſus caudam incurvatum, utrinque in lateribus anguſtiſſimis denticulis inſtructum, eodem modo ac in oſſiculo priore pinnae dorſalis obtinet. Exteriores Denticuli ſurſum ſpectant, & interiores verſus abdomen ſunt inflexi, & per membranam communem ad apices usque obteguntur. Huic oſſiculo ad baſin adnectuntur reliqua oſſicula ramoſa, & tenuia, quorum priora ſunt longiora, & ad ultimum usque magnitudine diminuuntur.

21. *Pinnae Ventrales* parvae, binae, ſibi approximatae, in infimo ventre ſitae, longe a pectoralibus remotae, in medio inter os & caudam poſitae, inermes, ovatae, oſſiculis inſtructae ſeptem tenuibus, ramoſis.

22. *Pinna Ani* e regione pinnae dorſalis ſecundae ſita, oſſiculis duodecim tenuibus inſtructae, quae inermia & ramoſa, duobus prioribus exceptis ſimplicibus, ſed etiam inermibus.

23. *Cauda* admodum bifurca, magna, oſſiculorum ſeptemdecim majorum ramoſorum, praeter nonnulla minora utrinque lateralia.

24. *Locus* incertus.

25. *Proportionem* quisque ex Icone capeſſere poteſt.

26. D. D. WILHELMI BAART.

178. MYSTUS cirris ſex longiſſimis, pinna dorſi ſecunda parva, parte caudae bifurcae inferiore longiore.

1. *Corpus* cathetoplateum, oblongum, craſſiuſculum, alepidotum.

2. *Caput* plagioplateum, latum, ſuperne planum; marginibus lateralibus anguſtis; ſubtus convexo-planum, inerme.

3. *Os* in apice capitis, transverſum, anguſtum.

4. *Maxilla Superior* inferiore multo longior.

5. *Dentes* minimi, vix conſpicui, in areas diſpoſiti, in utrisque maxillis.

6. *Cirri* ſex: nimirum; *duo*, utrinque unicus ad latera maxillae ſuperioris; *duo* ab invicem diſſiti in apice maxillae inferioris; & *duo*, utrinque unicus, in eadem maxilla, lateribus magis approximati, qui ſuperioris maxillae cirris parum ſunt majores, & longitudinem capitis multo ſuperantes; caeterum ſunt teretes & ſubrotundi.

7. *Oculi* in ſupremis capitis lateribus longe ab invicem diſſiti, parvi, convexi, protuberantes, ferme medio inter opercula & os.

8. *Opercula Branchiarum* ſubtus & in lateribus utrinque aperta, inermia, alepidota.

9. *Membrana Branchioſtega* oſſiculis videbatur octo ſuffulta; num plures vel pauciores aderant; per cutim obſcuram determinare non potui.

10. *Truncus* verſus caudam gracileſcit cathetoplateus & compreſſus eſt, prope ad caput vero triangularis & craſſus.

11. *Venter* latus & planus.

12. *Pinnae* octo.

13. *Pinna Dorſalis Prior* alta, oſſiculis octo ramoſis, primo excepto ſimplici & aculeato.

14. *Pinna Dorſi Poſterior* parva, humilis, triangularis,

gularis, adipoſa.

15. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, in marginibus imis anguſtis, mox poſt opercula ſitae, officulisque . . . . ſuffultae, quorum primum aculeatum, rigidum, utrinque ſerratum, ſcabrum.

15. *Ventrales Pinnae* duae medio inter os & caudam ſitae, ſibi approximatae, caudae propiores quam pinna dorſi prior, lanceolatae, officulis ſex inermibus ſuffultae.

17. *Pinna Ani* medio inter pinnas ventrales & caudam ſita, officulorum . . . . .

18. *Cauda* bifurca, cujus pars inferior ſuperiorem multo longitudine ſuperat.

19. Inhabitat Surinamam.

179. MYSTUS cirris nullis, cauda parum bifurca.

1. *Figura Corporis* omnino cum mox antecedente convenit, verum

2. *Caput* praecedente parum brevius, antice convexo-obtuſum, caeterum quo ad formam externam ſatis bene cum praecedente conveniens.

3. *Maxilla Superior* inferiore longior.

4. *Cirri* ad maxillas nulli.

5. *Oculi* in lateribus anguſtiſſimis capitis, convexi, mox poſt angulos oris utrinque ſiti.

6. *Pinnae Pectorales* binae, quo ad formam ut in ſuperiore ſpecie, excepto officulo primo rigido ſerrato, quo haec ſpecies caret.

7. *Pinna Dorſi Secunda* minima adipoſa.

8. *Pinna Dorſi Prior*, *Ventrales*, & *Ani*, ut in antecedente Specie.

9. *Cauda* parumper bifurcata, utrinque aequalis.

10. *Color* ſpecioſus, ex albido cinereus magnis maculis nigris varius.

11. Vivit cum ſuperiore.

Binas haſce ſpecies in Inſtructiſſimo Rerum Naturalium Gazophylacio GROVESTEYNIANO examinare atque deſcribere mihi licuit.

Species hujus Generis in antecedente Volumine deſcriptae, ſunt

MYSTUS cirris ſex longiſſimis, pinna dorſi ſecunda longiſſima, a priore ad caudam extenſa. *N.* 83.

MYSTUS cirris ſex longiſſimis, pinna dorſi ſecunda triangulari. *N.* 84.

MUGIL. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 35.

Species hujus Generis in priore Volumine deſcripta, eſt

MUGIL. *N.* 85.

LABRUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 36.

180. LABRUS oblongus, cauda bifurca, capite purpuraſcente. Iconem vide Tab. VI. fig. 2.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, compreſſum, ſquamis ampliſſimis laevibus & ſtriatis tectum.

2. *Caput* cathetoplateum, latitudinem corporis aequans, omnino alepidotum, inerme, ſuperne convexum, in lateribus convexo-planum, antice contractum in

3. *Os* anguſtum, denticulis inſtructum.

4. *Maxillae* aequales.

5. *Dentes* in utrisque maxillis, labiis tecti, unica ſerie diſpoſiti, quorum anteriores majores.

6. *Palatum* & *Lingua* glabra.

7. *Oculi* ſubrotundi, in ſupremis capitis lateribus ſiti, ori paulo propiores quam operculis, tunica propria tecti. *Pupilla* ſubrotunda coerulea. *Iris* argentea.

8. *Opercula Branchiarum* utrinque laevia, alepidota, poſtice in acumen inerme breve exeuntia.

9. *Aperturae Branchiarum* ampliſſimae.

10. *Membrana Branchioſtega* ſub operculis recondita, oſſicula utrinque ſex tenuia continens.

11. *Dorſum* in acumen contractum, monopterygium, fere rectum a capite ad caudam usque procedit.

12. *Latera* convexo-plana.

13. *Pectus* & *Venter* ad anum usque convexa, inde in acumen contracta.

14. *Linea Lateralis* ab operculis curvo ductu percurrit latera ad finem fere pinnae dorſalis usque, ibique declinat verſus media latera, per quae recta procedit ad medium usque caudae: In exortu, ubi curva procedit, dorſo eſt proxima, verum ubi recta exiſtit, per media latera tranſit. Eſt autem admodum conſpicua & ſatis elegans; quisque enim tubulus, qui in ſuperficie ſquammarum lineam conſtituentium lateralem cernitur, emittit utrinque parvum ramulum obliquum verſus caudam.

15. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

16. *Pinna Dorſalis* unica, e regione pinnarum pectoralium orta, & longe protenſa, oſſiculis inſtructa viginti duobus, quorum anteriora octo ſunt aculeata,

aculeata, ſed admodum brevia, reliqua vero ſunt inermia & ramoſa: *Nota.* E radice octo officulorum anteriorum una cum officulis aculeatis emergunt & officula inermia, hinc duo diverſa officula ex una eademque radice emergunt.

17. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, mox poſt opercula oblique ſurſum verſus in lateribus ſita, magna, officulis ſeptemdecim ramoſis inſtructa.

18. *Pinnae Ventrales* binae, ſub pectoralibus ſitae, operculis quam ano propriores, officulorum ſex ramoſorum, primo excepto ſimplici, aculeato.

19. *Pinna Ani* mox poſt anum orta progreditur ad regionem usque ultimo officulo pinnae dorſalis oppoſitam; officulis ſuffulta eſt tribus aculeatis & quatuordecim ramoſis.

20. *Pinna Caudae* bifurca, officulorum quatuordecim ramoſorum, quorum lateralia longiſſima.

21. *Anus* in medio fere corpore.

22. *Color* corporis cinereus, & maculâ oblongâ transverſali in ſingulis ſquamis varius: ad caudae radices ruſus: Caput purpureum eſt, uti & operculа, quae obliquis albicantibus lineis anum verſus inſcriptis ſunt inſignita. Pinnae Pectorales, Dorſalis, & Ani linea longitudinali, quandoque & transverſali purpurea ornatae ſunt.

23. Comparavi ex muſeo Sebae.

181. LABRUS oblongus, cauda ſubrotunda, capite e purpuraſcente varius.

1. *Corpus*, *Caput*, *Os*, *Maxillae*, *Oculi*, *Operculа*, *Dorſum*, *Latera*, *Linea Lateralis* atque *Pinnarum forma ſitusque* conveniunt cum ſpecie mox deſcripta CLXXX.

2. *Dentes* ut in mox deſcripta ſpecie acutiſſimi, quorum bini utrinque anteriores maximi & prominentes.

3. *Pinna Dorſalis* officulorum novem aculeatorum, & duodecim inermium, ad apices tantum ramoſorum.

4. *Pinnae Pectorales* officulorum quatuordecim ad apices ramoſorum.

5. *Pinnae Ventrales* ſub pectoralibus ſitae, officulorum ſex ſubramoſorum primo excepto ſimplici.

6. *Pinna Ani* officulorum quatuordecim ad apices ramoſorum, duobus prioribus exceptis ſimplicibus aculeatis.

7. *Cauda* ſubrotunda, officulorum quatuordecim majorum, praeter lateralia minora.

8. *Color* corporis eſt parum rubeſcens; in lateribus dorſum verſus utrinque lineolis variis oblongis atque obliquis, bruneis, invicem concurrentibus, atque e concurſu figuras anguloſas formantibus, varius eſt. Caput e purpuraſcenti eſt varium, & pinnae omnes albicant.

9. Comparavi ex muſeo Sebae.

182. LABRUS lineis transverſis flaveſcentibus & ſubbruneis varius, maxillis aequalibus, cauda ſubaequali.

1. *Corpus* ut in Congeneribus.

2. *Caput* ut in praecedentibus, ſed parumper acutius.

3. *Maxillae* aequales.

4. *Dentes*, *Labia*, *Palatum*, *Lingua*, *Oculi*, *Opercula*, *Dorſum*, & *Latera* ut in mox deſcriptis.

5. *Membrana Branchioſtega* ſub operculis branchiarum tecta, officulis inſtructa quinque.

6. *Squamae* magnae, laeves, imbricatim ſitae.

7. *Linea Lateralis* quo ad ſtructuram convenit cum Specie praecedente CLXXX, oritur autem mox poſt opercula, ubi arcuato ductu parumper adſcendit, dein prope ad dorſum, cui & parallela eſt, recta procurrit ad finem fere usque pinnae dorſalis, ibi citiſſime deſcendit petitque media latera, per quae recta verſus caudam progreditur.

8. *Pinnarum numerus*, *ſitus* atque *figura* omnino cum antecedentibus conveniunt.

9. *Pinna Dorſalis* officulorum viginti unius, quorum octo anteriora reliquis parumper ſunt breviora & aculeata, reliqua vero ultra medium ramoſa.

10. *Pinnae Pectorales* officulorum tredecim.

11. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi proximae, ſub pectoralibus ſitae, parvae, officulorum ſex ſubramoſorum, primo excepto aculeato.

12. *Pinna Ani* mox poſt anum orta progreditur ad regionem ultimo officulo pinnae dorſalis oppoſitam, officulorum tredecim inermium ramoſorum, exceptis duobus prioribus aculeatis.

13. *Cauda* ſubaequalis, officulorum majorum ramoſorum quatuordecim, praeter lateralia minora.

14. *Anus* in medio fere abdomine inter os & finem caudae ſitus.

15. *Color* ſubobſcurus nigro-bruneus, utrinque in lateribus lineolis anguſtiſſimis transverſalibus tum bruneis, tum flaveſcentibus varius; item nonnihil coerulei hic illic in lineolis flaveſcentibus conſpicitur; ad latera capitis utrinque linea longitudinalis coeruleſcens. Pinnae bruneae.

16. Patriam agnoſcit Guineam.

17. D. D. DANIELIS LUYX MASSIS.

183. LABRUS varius, polyodon, cauda ſubrotunda, macula ſubnigra ad baſin pinnarum pectoralium.

Labrus polyodon, varius, macula coerulea ad baſin pinnarum pectoralium. *Arted. Mſſ. ad Sebam.*

1. *Corpus* quo ad figuram cum Specie CLXXX. ſatis bene convenit, ſed verſus caudam eſt parum anguſtius.

2. *Caput*, *Os*, *Maxillae*, *Dentes*, *Palatum*, *Lingua*, *Oculi*, *Opercula Branchiarum* nec non *Membrana Branchioſtega* omnino cum Specie CLXXXII. conveniunt.

3. *Dorſum* anguſtum, contractum, leviter curvato ductu a capite ad caudam procedit.

4. *Linea Lateralis* ſimplex, recta, dorſoque proxima, procedit ab operculis usque ad finem ferme pinnae dorſalis, ubi oblique deſcendit ad media usque latera, unde recta caudam petit.

5. *Squamae* ut in Congeneribus magnae, ferme quadratae.

6. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

7. *Pinna Dorſalis* unica, e regione pinnarum pectoralium orta, longe procurrens, deſinit tandem non longe a cauda; officulis eſt inſtructa viginti & uno, quorum anteriora novem ſunt aculeata, & reliqua inermia, mollia atque ramoſa.

8. *Pinnae Pectorales* duae, utrinque unica, in mediis fere lateribus ſitae, margine exteriore ſubrotundo inſtructae, officulisque duodecim ramoſis ſuffultae.

9. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi approximatae, in imo ventre fere medio inter pinnas pectorales & anum ſitae, officulis inſtructae ſex, quorum primum ſimplex, rigidum atque parumper aculeatum; ſecundum vero etiam ſimplex, ſed inerme, omniumque, quae ſubſequuntur, officulorum ſubramoſorum longiſſimum.

10. *Pinna Ani* mox poſt anum orta, procurrit ad regionem fini pinnae dorſalis omnino diametraliter oppoſita, ubi deſinit; ſuffulta eſt officulis tredecim ramoſis, inermibus & tribus anterioribus ſimplicibus & aculeatis.

11. *Cauda* ſubrotunda, officulorum quatuordecim ramoſorum, exceptis lateralibus utrinque ſimplicibus & inermibus.

12. *Color* in capite & corpore eſt rufus, verſus abdomen parumper albidior, in lateribus utrinque maculis albidis indiſtinctas lineas longitudinaliter extenſas & ſibi parallellas efformantibus varius. Cauda in medio a radicibus ad ambitum usque variegata eſt maculis ſubrufis; latera ejus exteriora nec non ambitus totus exiſtunt albida, quo etiam colore pinnae ani margo exterior variegatus eſt.

13. Comparavi ex muſeo Sebae.

184. LABRUS oblongus, nigricans, lateribus linea alba utrinque ſinuata longitudinali variis, cauda indiviſa.

Labrus palmaris varius, dentibus duobus majoribus. *Arted. Gen. p.* 34. *n.* 7. *Synon. p.* 53. *n.* 1. Julis. *Willugb. Ichth. p.* 324. *tab. X.* 4. *fig.* 1. *optima.*

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, ſquamis parvulis denſe contectum, quo ad formam ſatis bene cum Specie CLXXX. conveniens.

2. *Caput* oblongum, magnum antice acuminatum, alepidotum, nigricantis coloris, verſus inferiora albicans.

3. *Oculi* in utrisque capitis ſummis lateribus ſiti, ovales; acumine *Pupillae*, quae coerulea, verſus roſtrum tendente.

4. *Nares* perparvae mox ante oculos ſitae.

5. *Maxillae* aequales, labiis dentes tegentibus latiſſimis carnoſis inſtructae. *Maxilla Superior* extenſilis.

6. *Dentes* in utrarumque maxillarum marginibus albidi acuminati plurimi, conici, verſus anteriora parum inflexi; horum anteriores ſunt maximi.

7. *Opercula Branchiarum* poſtice ſupra pinnas pectorales utrinque in acumen obtuſum membranaceum extenduntur.

8. *Membrana Branchioſtega* officulis quinque latis & incurvatis inſtructa.

9. *Linea Lateralis* tenuis, vix viſibilis, ad opercula parum adſcendit, dein recta procedit ad finem ferme usque pinnae dorſalis, ubi cito declinat ad media usque latera, hinc iterum recta procedendo pervenit ad caudae medium, ubi finem capit. In exortu dorſo admodum eſt proxima.

10. *Squamae* parvae, rotundatae, laeves, denſe ſibi impoſitae, truncum corporis tantum veſtientes, imbricatim ſitae.

11. *Pinnae* in toto piſce ſunt ſeptem; ſcilicet unica in Dorſo, duae Pectorales, totidem Ventrales, unica Ani, & Cauda.

12. *Pinna Dorſalis* e regione pinnarum pectoralium in dorſo orta, haud alta, procedens per totam ferme dorſi longitudinem, officulis ſuffulta viginti & uno, quorum anteriora novem ſunt aculeata, reliquis exiſtentibus inermibus & dichotomis.

13. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica ſubrotunda in mediis ferme lateribus mox ſub angulo operculorum branchialium ſita, officulorum tredecim

cim ramoſorum, primo excepto ſimplici, ſed etiam inermi.

14. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi admodum approximatae, ori parum propiores quam Pinnae Pectorales, officulis inſtructae ſex ſubramoſis, priore excepto ſimplici, rigido, & aculeato.

15. *Anus* in medio ferme corpore, ori paulo propior quam fini caudae.

16. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, haud alta, usque ad regionem fini Pinnae Dorſalis diametraliter oppoſitam extenſa, officulis inſtructa quindecim, quorum tria anteriora aculeata; reliqua vero dichotoma, laevia, & inermia.

17. *Cauda* ferme aequalis, brevis, officulorum ſexdecim ramoſorum.

18. *Color* in dorſo, capite, ſummis lateribus, pinna dorſi & cauda ſubobſcurus & ad nigredinem vergens; verſus abdomen Caput & Corpus albeſcunt. Pinna Dorſi in initio ad officula bina priora macula picea eſt inſignis.

19. Inhabitat mare Mediterraneum.

D. D. CORNELII NOSEMAN.

Species hujus Generis in praecedente Volumine deſcriptae, ſunt

LABRUS maxilla inferiore longiore, cauda in extremo rotunda. *N.* 86.

LABRUS bruneus, albo nigroque varius maxillis aequalibus, cauda ſubrotunda, officulo ſecundo pinnarum ventralium ſetiformi. *N.* 87. Vide ejus iconem Tab. V. fig. 4.

Speciem hancce erronee inter Labros olim poſueram, verum propter Opercula ſquamoſa Sparis eſt inferenda, quemadmodum etiam pagina ſequenti 31 monui.

SPARUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 37.

185. SPARUS roſtro plagioplateo, maxilla inferiore longiore, rufeſcens, macula nigra iride alba cincta utrinque ad caudam ſubrotundam. Iconem vide Tab. VI. fig. 3.

1. *Corpus* oblongum, cathetoplateum, ſatis craſſum, ſquamoſum.

2. *Caput* latitudinem corporis parum ſuperans, inerme, ſuperne & lateraliter convexum, a corpore ſupino admodum verſus os declive; ubi corpori affigitur, cathetoplateum; ad os vero plagioplateum exiſtit.

3. *Os* in apice capitis, cujus latitudinem aequat.

4. *Rictus* magnus.

5. *Dentes* in utrisque maxillis conferti, innumeri, minimi.

6. *Maxilla Inferior* ſuperiore parum longior.

7. *Oculi* magni, rotundi, in lateribus ſiti, ori quam operculis propiores, cute propria laxa tecti.

8. *Nares* utrinque unico minimo foramine perviae, inter oculos & os ſitae.

9. *Opercula Branchiarum* omnino ſquamoſa, inermia, poſtice in acumen laeve ſupra pinnas pectorales extenſum utrinque exeuntia.

10. *Membrana Branchioſtega* officulorum utrinque quinque.

11. *Dorſum* a capite ad caudam convexum, latum, monopterygium.

12. *Latera* convexa, anguſta.

13. *Linea Lateralis* ſatis conſpicua, ex duabus partibus conſtans. *Prior Pars* curvata, dorſo proxima, cui & parallela, oritur ab operculis, & percurrit latera ad regionem officulo vigeſimo ſecundo pinnae dorſalis oppoſitam. *Altera Pars* e regione mox citati officuli ortum capiens, media latera percurrit recta ad caudam usque.

14. *Pectus* & *Venter* convexa.

15. *Squamae* ſcabrae, parvae, imbricatum ſitae, non tantum corpus, ſed & caput, & opercula omnino tegentes, exceptis parte capitis inferiore & ſpatio iſto, quod inter oculos & maxillam ſuperiorem ſitum eſt.

16. *Pinnae* in toto piſce ſeptem.

17. *Pinna Dorſalis* unica, a capite per totam fere dorſi longitudinem extenſa, ſatis alta, officulorum triginta unius, quorum anteriora ſeptemdecim aculeata, reliqua vero quatuordecim inermia, mollia & ramoſa.

18. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, mox poſt opercula branchiarum longitudinaliter ſita, ventri quam dorſo proprior, ſubrotunda, officulis ſeptemdecim ad apices ramoſis inſtructae.

19. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi approximatae, in imo ventre, medio inter anum & caudam ſitae, officulis ſubramoſis ſex, primo excepto ſimplici, craſſo & aculeato, ſuffultae.

20. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, officulorum undecim ſimplicium, quorum tria anteriora aculeata, reliqua vero inermia.

21. *Cauda* ſubrotunda; officulis ſeptemdecim ultra medium diviſis ſuffulta.

22. *Color* ſubrufus, in dorſo obſcurior quam in lateribus; in ventre albidior; ad opercula utrinque adeſt macula ſat magna, nigra: Talis &

ad radices superioris caudae partis conspicitur annulo albo cincta: Caeterum pinnae albis nigrisque perparvis maculis sunt insignitae.

23. *Locus*, Surinama.

186. SPARUS subbruneus, rostro plagioplateo, maxilla inferiore longiore, macula nigra ad basin caudae subrotundae.

1. *Corpus*, *Caput*, *Rictus oris*, *Os*, *Dentes*, *Maxillae*, *Oculi*, *Nares*, *Opercula Branchiarum*, *Latera*, *Pectus*, *Venter*, *Linea Lateralis*, & *Squamae* ut in Specie mox descripta.

2. *Dorsum* ut in superiore Specie, sed sulco instructum, e quo pinna dorsalis procedit.

3. *Membrana Branchiostega* osficulis quinque instructa, quae sunt incurvata, tenuia, & sibi parallela, horum duo superiora a reliquis parum distant.

4. *Pinnae* in toto pisce septem, nimirum unica Dorsalis, duae Pectorales, totidemque Ventrales, unica Ani & Cauda.

5. *Pinna Dorsalis* omnino ut in antecedente Specie, suffulta osficulis triginta & uno, quorum octodecim anteriora sunt rigida, simplicia & parumper aculeata, reliqua vero inermia, mollia, & ramosa.

6. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, subrotundae, mox post opercula branchiarum in infimis lateribus sitae, osficulisque suffultae quindecim ultra media ramosis.

7. *Pinnae Ventrales* binae, sibi approximatae, in imo ventre inter anum & opercula sitae, osficulorum sex subramosorum.

8. *Pinna Ani* ab ano ad caudam extensa, osficulorum duodecim inermium ramosorum, exceptis tribus anterioribus simplicibus, rigidis & parumper aculeatis.

9. *Cauda* subrotunda osficulorum septemdecim ramosorum.

10. *Color* subbruneus totum corpus cum capite & pinnis obtegit, macula parva atra ad medium baseos caudae.

12. *Patriam* eandem cum antecedente Specie agnoscit.

187. SPARUS maxilla inferiore longiore, cauda subrotunda, aculis tribus in operculis.

Bruyne Jacob Evertzen. *Valent. pisc. amb. f.* 37. *p.* 358. *n.* 37.?

Quo ad Formam externam omnino convenit cum icone Valentini, verum differt colore; nostra enim Species corpus longitudinaliter habet striatum, Icon vero Valentini maculis est instructa.

1. *Corpus* cathetoplateum, crassum, versus caudam angustius, squamis dense contectum.

2. *Caput* cathetoplateum, latitudinem corporis parum superans, omnino squamosum, superne convexum, a summo dorso obliquissimo ductu versus os declinans.

3. *Os* in apice capitis situm, magnum, denticulis instructum.

4. *Dentes* in utrisque maxillis labiis crassis carnosis contecti: 1°. in utraque maxilla adest *Area* lata, dentibus tenuibus, satis magnis, introrsum spectantibus, confusaneis, innumerabilibus, acutissimis, dense consitis exasperata: 2°. in apice utriusque maxillae adsunt duo Dentes conici, acutissimi, crassi atque robusti, stabiles, a reliquis denticulis omnino separati.

5. *Lingua* satis libera, cartilaginea, acuta, edentula.

6. *Palatum* inerme.

7. *Maxillae* inaequales, *Inferior* enim ante superiorem parum prominet.

8. *Oculi* magni, utrinque in summis capitis lateribus siti, subrotundi, tunica propria instructi.

9. *Nares* mox ante oculos sitae, utrinque duobus foraminibus instructae, quorum anterius foramen habet formam papillae superne pertusae; posterius vero est ovatum.

10. *Opercula Branchiarum* squamosa, lata, plana, a parte posteriore atque superiore tribus aculeis brevibus, sed robustis ac latis instructa.

11. *Aperturae Branchiarum* intus ac in lateribus admodum patulae.

12. *Membrana Branchiostega* osficulorum quinque.

13. *Dorsum* in aciem contractum, monopterygium, a capite supino usque ad finem fere pinnae dorsalis curvato ductu descendit, inde autem recta caudam petit.

14. *Latera* convexo-plana, latissima e regione pinnarum ventralium, ad caudam vero angustissima.

15. *Venter* in aciem quodammodo contractus, ab ore ad pinnam usque ani rectus, inde adscendit per longitudinem pinnae ani, a qua rectus procedit ad caudam usque.

16. *Linea Lateralis* parum conspicua, ab operculis summis orta, parumque adscendens, curvo ductu percurrit latera ad regionem usque fini pinnae dorsalis oppositam, unde recta procedit ad caudam usque; ubi incurvatur, ibi dorso est parallela, eique parum propior quam ventri; ubi vero recta versus caudam procedit, in mediis versatur lateribus.

17. *Squa-*

17. *Squamae* imbricatim ſitae, parvae, laeves, totum corpus, caput cum operculis, nec non pinnas ad magnam ſatis altitudinem omnino contegentes.

18. *Pinnae* ſeptem, ſcilicet unica in Dorſo, duae Pectorales, totidemque Ventrales, unica Ani & Cauda.

19. *Pinna Dorſalis* unica per dorſi ferme totam longitudinem extenſa, officulis inſtructa viginti ſeptem, quorum anteriora novem ſunt rigida, ſimplicia & aculeata, reliqua vero octodecim inermia, mollia ac ſubramoſa.

20. *Pinnae Pectorales* binae, in infimis lateribus mox poſt opercula ſitae, utrinque unica, margine exteriore ſubrotundo inſtructae, officulis ſuffultae ſexdecim ſubramoſis.

21. *Ventrales Pinnae* itidem binae, in infimo ventre ſub pinnis pectoralibus ſitae, ſibi approximatae officulorum ſex, quorum primum rigidum, ſimplex atque aculeatum; reliqua vero ſubramoſa.

22. *Pinna Ani* unica, parva, mox poſt anum ſita, officulis undecim inſtructa, quorum tria priora aculeata & rigida; reliqua vero mollia, ramoſa atque inermia.

23. *Cauda* ſatis lata, ambitu ſubrotundo, officulisque octodecim ſubramoſis inſtructa.

24. *Color* totius piſcis bruneus; in capite anteriore adſunt maculae parvae ſubrotundae rubro-brunei coloris; in operculis vero, & per tota latera longitudinaliter extenduntur lineae variae ſibi parallelae eodemque colore tinctae.

25. *Locus* India Orientalis.

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

188. SPARUS maxillis aequalibus, caudae bifurcae parte ſuperiore parum longiore, ex argenteo aureoque reſplendens.

1. Quo ad Formam ſatis bene convenit cum Specie XC. in Muſ. Ichth. parte anteriore deſcripta.

2. *Caput* cathetoplateum, latitudinem corporis medii aequans, antice parum contractius, ſuperne a dorſo declive, planum, in lateribus convexum, inerme, omnino ſquamoſum.

3. *Os* in apice capitis, anguſtum, cujus *Maxillae* aequales.

4. *Dorſum* arcuatum, in aciem contractum, monopterygium.

5. *Latera* leviter convexa, ſatis lata, verſus caudam anguſtiora.

6. *Pectus*, *Venter* & *Abdomen* leviter convexa.

7. *Linea Lateralis* dorſo parum propior, arcuata, dorſo parallela, admodum viſibilis, a capite ad caudam usque extenſa.

8. *Squamae* imbricatim ſitae, magnae, totum truncum & caput veſtientes, laeves, ex argenteo & aureo reſplendentes colore, verſus dorſum color parum obſcurior eſt.

9. *Pinna Dorſi* unica, in medio humilis bifidae ſimilis, per totam dorſi longitudinem extenſa, oſſiculorum ſeptemdecim, quorum anteriora novem aculeata, reliquis ſimplicibus inermibus.

10. *Pinnae Pectorales* mox poſt opercula in mediis fere lateribus ſitae, oſſiculorum . . . . .

11. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi proximae, mox ſub pectoralibus ſitae, oſſiculorum ſex, priore aculeato.

12. *Pinna Ani* oſſiculorum decem, quorum duo anteriora aculeata, reliquis inermibus.

13. *Cauda* magna, admodum bifurca, oſſiculis inermibus ſubramoſis inſtructa, hujus pars ſuperior inferiore longior & parum latior.

14. Inhabitat ſub Zona Torrida Mare Atlanticum.

	unc.	lin.
15. *Longitudo* tota a roſtro usque ad finem partis ſuperioris caudae	4	3
ad finem partis inferioris caudae	4	1
16. *Altitudo* maxima ad pinnae dorſi exortum	1	2
minima ad ejusdem pinnae finem	:	3

Species hujus Generis in anteriore Volumine deſcriptae, ſunt

SPARUS lineis longitudinalibus luteis varius, aculeis undecim in pinna dorſali. *N.* 88.

SPARUS faſciis quinque transverſis, ſubfuſcis. *N.* 89.

SPARUS dorſo acutiſſimo, linea arcuata aurea inter oculos. *N.* 90.

Huc etiam referenda eſt LABRI Species N. 87. Tab. V. fig. 4. depicta.
Vide porro de hac Specie Tomi hujus paginam 29.

SCIAENA. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 38.

189. SCIAENA maxillis aequalibus, linea lateralis lata flexuoſa, ore imberbi.

Quo ad Formam externam optime convenit cum Sciaena XCII. in Muſ. Ichthyol. Tomo antecedente deſcripta, verum ab ea differt quibusdam in partibus.

1. *Caput* omnino idem ac in allegata Specie, at *Roſtrum* ante maxillas non prominet, verum ambae aequalem habent longitudinem.

2. *Oculi* longitudinaliter ovati, magni, roſtro proximi, antrorſum ſpectantes.

3. *Nares* utrinque duobus foraminibus inſtructae, adeo oculis propinqui, ut poſterius foramen anticae oculorum orbitae parti inſideat, quod oblongum, & perpendiculariter ſitum eſt; anterius autem foramen ſubrotundum.

4. *Os* in apice capitis ſitum, ſatis magnum, parum ſurſum ſpectans.

5. *Maxillae* aequales, craſſae.

6. *Dentes* in utrisque maxillis unica ſerie diſpoſiti, ſatis magni, peracuti.

7. *Membrana Branchioſtega* officulorum utrinque diſtinctorum ſeptem.

8. *Opercula Branchiarum, Dorſum, Pectus & Venter, Squamae, Color, Pinnarumque forma* ut in Specie in Muſ. Ichthyol. Tomo priore deſcripta.

9. *Linea Lateralis* in utrisque lateribus admodum viſibilis, lata, flexuoſa a capite ad finem usque pinnae caudalis extenditur; oritur enim ab perculis, ibi parumper elevatur, dein curvato ductu declinat verſus media latera, in regione ano oppoſita; ibi iterum quodammodo elevatur, & percurrit media latera ad finem pinnae caudalis usque, ubi finem capit.

10. *Pinna Dorſalis* officulorum quadraginta duorum, quorum anteriora decem ſunt aculeata, & a reliquis ramoſis quodammodo diſtincta per deliquium, quod pinna haecce inter duo iſta officulorum genera patitur.

11. *Pinnae Pectorales* magnae, utrinque in lateribus mox poſt opercula ſitae, officulis inſtructae ſeptemdecim ramoſis, tenuibus, primo ſuperiore excepto minimo aculeato.

12. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi approximatae, ſub pectoralibus ſitae, officulorum quinque ſubramoſorum, priore excepto rigido & aculeato.

13. *Pinna Ani* parva, mox poſt anum ſita, officulorum octo ramoſorum, duobus prioribus exceptis ſimplicibus, rigidis & aculeatis; horumque anterius eſt minimum.

14. *Cauda* in acumen exiens, magna, officulis viginti inſtructa.

15. *Longitudo* tota ab apice maxillae ſuperioris usque

	unc.	lin.
ad finem caudae	7	:
ad oculos	:	5
ad eorum fines	:	8
ad opercula	1	8
ad pinnam dorſalem	2	:
ad ejus officula ramoſa	3	:
ad ejusdem pinnae finem	5	:
ad pinnas pectorales	1	7
ad earum fines	2	2
ad pinnas ventrales	1	9
ad earum fines	3	1
ad pinnam ani	3	8
ad ejus finem	4	2
ad initium caudae	5	8

17. *Altitudo* perpendicularis

ad apicem oris, ore clauſo	:	2
ore aperto	:	5
ad initium pinnae dorſalis	1	7
ad anum	1	1
poſt pinnam ani, ſeu ante caudam	:	5
caudae expanſae	1	3

18. Inhabitat Surinamam.

Species hujus Generis in antecedente Volumine deſcriptae, ſunt

SCIAENA lineis obliquis lacteis in utroque latere. *N.* 91.

SCIAENA maxilla ſuperiore longiore, cirris carens. *N.* 92.

HOLOCENTRUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 40.

Species ejus in anteriore Tomo deſcripta, eſt

HOLOCENTRUS. *N.* 93.

PERCA.

PERCA. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 41.

190. PERCA dorſo monopterygio, cauda ſubrotunda, corpore ſtriis albis transverſis vario.

1. *Corpus* oblongiuſculum, cathetoplateum, microlepidotum.

2. *Caput* latitudinem corporis medii aequans, ſatis magnum, verſus anteriora contractius, ſuperne in aciem convexam contractum, a dorſo oblique verſus anteriora declinans, aequabile, nullis cavis aut apophyſibus (ſi excipias operculorum aculeos) inſtructum.

3. *Oculi* magni, ſubrotundi, verſus anteriora ſpectantes, invicem approximati, cute communi capitis tecti.

4. *Os* in apice capitis, parum ſurſum ſpectans, rictu maximo inſtructum.

5. *Dentes* quam plurimi, minutiſſimi, viſum fugientes, conſiti, confuſanei, in utrisque maxillis & faucibus. Dentes Maxillae Superioris anteriores omnium ſunt maximi.

6. *Lingua* libera, edentula, pyramidata, apice ſubrotundo.

7. *Palatum* edentulum.

8. *Maxillae* ſubrotundae, ore clauſo aequales, aperto vero inferior multo longior.

9. *Latera Capitis* ſunt convexa.

10. *Opercula Branchiarum* omnino ſquammata, poſtice unico aculeo inſtructa; Lamina media verſus poſteriora tenuiſſime ſerrata.

11. *Aperturae Branchiarum* utrinque & ſubtus latiſſimo hiatu patent.

12. *Membrana Branchioſtega* nuda, ſeu ab operculis minime tecta, oſſiculisque ſex curvatis inſtructa.

13. *Dorſum* craſſum, convexum, a capite ad pinnam usque dorſalem adſcendens, inde oblique verſus caudam declinans.

14. *Latera* convexo-plana, ad initium pinnae dorſi latiſſima, ad caudam vero anguſtiſſima.

15. *Linea Lateralis* tenuis ab Operculorum exortu ad caudam usque procurrens, dorſo parallela, & propior.

16. *Venter* a capite ad pinnam ani rectus, inde verſus caudam adſcendens, convexus.

17. *Squamae* minutiſſimae, vario imbricatoque ordine, denſe Caput, Opercula, Dorſum, Abdomen & Latera contegunt.

11. *Pinna Dorſalis* unica, ex regione pinnarum pectoralium orta, & ad caudam extenſa oſſiculisque ſuffulta viginti ſex, quorum anteriora undecim rigida, aculeata, ſubulata: Reliqua vero ſunt inermia ad apices ramoſa, aculeatis multo longiora. Inter duo haecce oſſiculorum genera, pinna parum declinat.

19. *Pinnae Pectorales* ovatae, in infimis lateribus e regione dorſi ſitae, longitudinaliter extenſae, oſſiculis octodecim ad apices ramoſis inſtructae.

20. *Pinnae Ventrales* binae, ſibi approximatae, in infimo ventre ſub pinnis pectoralibus ſitae, oſſiculorum ſex, primo exteriore breviore aculeato rigido.

21. *Pinna Ani* mox poſt anum, e regione pinnae dorſalis oſſiculorum inermium ſitae, oſſiculis undecim inſtructae, quorum tria anteriora aculeata rigida, caeteris inermibus breviora.

22. *Cauda* anguſta, ambitu ſubrotundo oſſiculorum ſeptemdecim longiorum, praeter lateralia aliquot minora.

23. *Anus* caudae parum propior quam capiti.

24. *Color* rufeſcens, transverſim in lateribus tribus faſciis albis pulcre varius.

25. *Patria* incerta.

26. *Longitudo* tota trium unciarum.

27. *Latitudo* maxima unius fere unciae.

191. PERCA dorſo monopterygio, capite cavernoſo, maxilla ſuperiore cirris quatuor, cauda ſubrotunda utrinque aculeata.

Perca Amboinenſis volans pinnis longiſſimis. *Ruyſch. theſ. anim.* 1. *p.* 39. *t.* 2. *f.* 3. *A.*

Perca Amboinenſis Neuhoffii. *Willugb. Ichth. append. p.* 1. *append. tab.* 2. *n.* 3.

Ikan Kalkoen Sowanggi Djantan, het mannetje van de Tover-kalkoen-viſch. *Valent. Amb. tab.* 210. *n.* 210. *p.* 413.

Ikan Kalkoen Sowanggi Betina, het wyfke van de Tover-kalkoen-viſch. *Valent. ibid. tab.* 213. *n.* 213. *p.* 415.

1. *Corpus* oblongum, craſſum, cathetoplateum, ad opercula branchiarum altiſſimum & craſſiſſimum, ſenſimque verſus caudam anguſtius & compreſſius.

2. *Caput* latitudinem corporis medii aequans, a dorſo ſuperne & ab operculis utrinque in os contractius declinans, inaequabile, inter oculos cavernoſum.

3. *Os* obtuſum latum, latitudine operculorum multo anguſtius.

4. *Maxillae* utraeque aequales; *ſuperior* in medio diviſa.

5. *Dentes* in areas diſpoſiti, in utrisque maxillis & ſuperne in palato anteriore minimi, acutiſſimi.

6. *Cirri* in universum octo; nimirum utrinque duo crassi breves ad maxillam superiorem, & unicus praelongus supra quamque oculorum orbitam superiorem, nec non duo utrinque minores & tenues ad laminam operculorum branchialium mediam.

7. *Oculi* elevati in summis capitis lateribus siti, medio inter os & opercula siti, orbitis osseis elevatis angulosis instructi.

8. *Lamina Operculorum media* serrata.

9. *Opercula Branchiarum* squamosa, postice in apicem & aculeum supra pinnas pectorales extensum abiens.

10. *Aperturae Branchiarum* undique apertissimae.

11. *Membrana Branchiostega* expansilis, officulorum septem distinctorum & numeratu facillimorum, quorum supremum ab operculis omnino tegitur.

12. *Dorsum* in acumen contractum acutum a vertice parum elevatur ad regionem usque pinnarum ventralium, unde declivo ductu caudam petit.

13. *Latera* mox post opercula ampliſſima, oblique declivia, versus caudam autem angustissima, plana.

14. *Pectus* & *Venter* plana; abdomen vero post anum versus caudam convexum & angustum.

15. *Linea Lateralis* admodum distincta ab operculis incipiens & ad medium usque caudae procurrit, ubi finem capit: Exortus ejus dorso propior, & parallela est; ad finem autem in mediis versatur lateribus.

16. *Pinnae* in toto pisce sunt septem.

17. *Pinna Dorsalis* unica, per totam dorsi fere longitudinem a vertice ad caudam ferme usque extensa, officulis tredecim aculeatis & duodecim inermibus vix ad fines divisis suffulta.

Officula aculeata sunt teretia & praelonga, atque per triangularem tenacemque membranam ad basin officulorum sitam & versus posteriora extensam, vixque dimidiam officulorum altitudinem attingentem, connectuntur.

Aculeatorum officulum *primum* septem lineas aequat; *secundum* unciam & duas lineas; *tertium* & *sequentia* magnitudine sensim augentur ad *decimum* usque, quod longissimum est, & unicam unciam & octo lineas aequat; *undecimum* vero decimo tres lineas brevius; *duodecimum* omnium minimum sex linearum, cujus longitudinem *decimus tertius* aequat; huic adnectuntur duodecim inermia, quae ad apices usque membranâ connectuntur; horum intermedia maxima longitudine undecim linearum.

18. *Pinnae Pectorales* latissimae & ampliſſimae longitudinem totius corporis superantes, mox post opercula in infimis lateribus perpendiculariter sitae, & longitudinaliter extensae officulis quatuordecim instructae, quorum inferiora brevissima unicam unciam aequant, & superiora longissima tres uncias & septem lineas capiunt.

19. *Pinnae Ventrales* mox sub pectoralibus sitae, binae, invicem approximatae, in ipso ventre horizontaliter extensae, officulorum sex, quorum primum & superius aculeatum, breve, sex lineas aequat; reliqua vero longissima inermia & in setas desinentia longitudinem octodecim linearum capiunt.

20. *Pinna Ani* mox post anum sita officulorum novem, quorum tria anteriora aculeata brevia, reliquis dichotomis longioribus.

21. *Cauda* maxima subrotunda, officulis tredecim tenuibus ad apices dichotomis instructa: Ad utraque latera angustissima; hoc est, ad partem dorsalem & inferiorem adsunt tres minutissimi aculei, quemadmodum in Holocentro antea adnotavi.

22. *Squamae* minutissimae, imbricatim sitae, latera, abdomen & opercula contegentes.

23. *Color* admodum speciosus, & varius.

24. *Piscis* edulis, in *Amboina* frequens.

25. D. D. ARNOLDI VOSMAER.

26. *Longitudo* tota a maxilla superiore

	usque	unc.	lin.
ad finem caudae	——	5	6
ad angulos oris	——	:	5
ad oculos	—— ——	:	7
ad eorum fines	——	1	:
ad operculorum branchialium finem	——	1	6
ad pinnam dorsalem	——	1	5
ad ejus officula inermia	—	3	:
ad finem pinnae dorsalis	—	3	7
ad pinnas pectorales	——	1	6
ad pinnas ventrales	——	1	5
ad earum fines	——	1	9
ad pinnam ani	——	2	9
ad ejus finem	——	3	6
ad caudam	——	4	1

27. *Latitudo* capitis ad angulos oris	—	:	5½
ad opercula	—	:	8
corporis ad pinnas pectorales		:	9
e regione pinnae ani		:	4
ad caudam	——	:	1½
28. *Altitudo* perpendicularis capitis e regione anguli oris	—	:	7
oculorum	—	1	½
pinnarum pectoralium	—	1	3
pinnae ani	—	1	2
ad caudam	—— ——	:	5

Species hujus Generis in priore Tomo descriptae, sunt

PERCA dorso monopterygio, capite cavernoso. *N.* 94.

PERCA

PERCA radiis pinnae dorſalis ſecundae tredecim, ani quatuordecim. *N.* 95.

PERCA lineis utrinque ſex transverſis nigris, pinnis ventralibus rubris. *N.* 96.

TRACHINUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 42.

Species hujus Generis in antecedente Volumine deſcripta, eſt

TRACHINUS maxilla inferiore longiore, cirris deſtituta. *N.* 97.

TRIGLA. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 42.

Species hujus Generis in priore Tomo deſcriptae, ſunt

TRIGLA cirris plurimis, corpore octagono. *N.* 98.

TRIGLA capite glabro, cirris geminis in maxilla inferiore. *N.* 99.

TRIGLA roſtro bifido, linea laterali ad caudam bifurca. *N.* 100.

TRIGLA varia, roſtro diacantho, aculeis geminis ad utrumque oculum. *N.* 101.

TRIGLA capite parum aculeato, pinna ſingulari ad pinnas pectorales. *N.* 102.

Trigla capite quatuor ſpondilis acutis armata. *Browne Jam. pag.* 453. *n.* 1.

SCORPAENA. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 46.

Species hujus Generis in priore Tomo deſcripta, eſt

SCORPAENA capite cavernoſo, cirris geminis in maxilla inferiore. *N.* 103.

COTTUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 46.

Species hujus Generis in priore Volumine deſcriptae, ſunt

COTTUS alepidotus, capite polyacantho, maxilla ſuperiore paulo longiore. *N.* 104.

COTTUS cirris plurimis, corpore octagono. *N.* 105.

COTTUS alepidotus, varius, maxilla inferiore longiore; multum cirrata. *N.* 106.

ZEUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 47.

Species hujus Generis in praecedente Volumine deſcriptae, ſunt

ZEUS ventre aculeato, cauda in extremo circinnata. *N.* 107.

ZEUS cauda bifurca. *N.* 108.

Rhomboida major alepidota, radiis anterioribus pinnae dorſalis & analis longiſſimis, pinnis ventralibus, & cauda majoribus. *Browne Jam. pag.* 455. *n.* 2.

CHAETODON. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 48.

192. CHAETODON macrolepidotus, cauda ſubrotunda, aculeis utrinque duobus in operculis, poſtico longiſſimo.

1. *Corpus* cathetoplateum, admodum compreſſum, & ab *Acarauna majore pinnis cornutis a Willughejo tab. O. 3. f. 1.* repraeſentata, quoad Formam externam in paucis tantum differens; videlicet *Aculei* in Operculis numero ſunt pauciores; Pinna Dorſalis neque Pinna Ani tantam, quantam Willughbeji icon demonſtrat, longitudinem poſſident.

2. *Caput* parvum, longitudinem altitudini fere aequalem poſſidens, omnino ſquamoſum, antice a dorſo verſus os declinans; inter oculos parvula lacuna inſtructum.

3. *Os* in apice capitis ſitum, anguſtum, polyodon.

4. *Oculi* in ſupremis capitis lateribus ſiti, magni.

5. *Opercula Branchiarum* rotundata, convexoplana, poſtice in angulum obtuſum ſupra pinnas pectorales extenſum abeuntia; Horum Lamella intermedia utrinque a parte inferiore exit in aculeos binos, quorum anterior admodum brevis & vix dimidiam lineam longitudine capit; poſterior vero eſt robuſtiſſimus & acutiſſimus, tresque lineas longus.

6. *Linea Lateralis* dorſo proxima, curvata, procedit ab operculis ad finem fere usque pinnae dorſalis, ubi finem capit.

7. *Anus* in medio fere corpore ſitus.

8. *Pinnae* in toto piſce ſeptem, ſcilicet, unica Dorſalis, duae Pectorales, totidemque Ventrales, unica Ani, & unica Caudae.

9. *Pinna Dorſalis* per totam dorſi longitudinem a capite videlicet ad caudam ferme usque extenſa, oſſiculisque inſtructa quatuordecim rigidis, aculeatis, atque robuſtis, nec non novemdecim inermibus, ramoſis, flexilibus; horum intermedia ſunt longiſſima, & in fila quaſi abeunt, quae ultra caudam parum extenduntur.

10. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, ovata, in mediis ferme lateribus poſt branchiarum opercula ſita, oſſiculorum viginti ſex ramoſorum.

11. *Pinnae Ventrales* binae, in infimo ventre ſub pectoralibus ſitae, ſibi approximatae, oſſiculis inſtructae ſex ramoſis, primo excepto ſimplici, aculeato & rigido.

12. *Pinna Ani* mox poſt anum ſita, & ad caudam ferme extenſa, oſſiculorum viginti ſex, quorum tria priora robuſtiſſima, rigida, atque aculeata; reliqua vero ramoſa & inermia; horum intermedia oſſicula itidem in filamenta abeunt, (quemadmodum de pinnae dorſalis oſſiculis §. 9. adnotavi), quibus tamen longitudine aliquantulum cedunt.

13. *Cauda* ſatis magna, ambitu ſubrotundo inſtructa, oſſiculisque ſeptemdecim ſubbifidis ſuffulta.

14. *Squamae* imbricatim ſitae, mediocris magnitudinis, denſe invicem ſuperimpoſitae, ſcabrae, non tantum dorſum, latera, atque abdomen, ſed & radices pinnarum ad juſtam ſane altitudinem, imo & caput omnino contegunt; harum laterales ſunt majores.

15. *Color* totius corporis fuſco-flaveſcens, maculis ſubcroceis, lineisque coeruleo-albicantibus varius.

1°. Singularum Squamarum, quae latera contegunt, pars poſtica macula lunulam quodammodo ſubcrocei coloris referente eſt notata.

2°. In Capite ante oculos utrinque a dorſo verſus mentum oblique extenſa eſt linea anguſta coeruleo-albicans.

3°. Ejusdem coloris priorique fere parallela talis cernitur linea poſt oculos.

4°. Item lineola ejusdem coloris conſpicitur ad angulum operculorum.

5°. In lateribus e regione fere ani utrinque adeſt faſcia tenuiſſima arcuata a dorſo ad anum usque extenſa; cujus curva pars caudam ſpectat.

6°. Ejusdem tandem coloris conſpicitur macula ad fines pinnarum dorſi & ani.

16. Comparavi ex Muſeo Sebae.

193. CHAETODON microlepidotus, capite inermi, oſſiculis pinnarum dorſi, ani, & ventris ſetiformibus, cauda ſubrotunda.

Chaetodon ex cano parum maculoſus, oſſiculo pinnarum ventralium ſetiformi. *Arted. Mſſ. ad Sebam?*

1. *Corpus* cathetoplateum, admodum compreſſum, tenue, altitudinem atque longitudinem fere habens aequalem, & quoad Figuram non multum differens ab *Abucatuaja* Braſilienſium a *Willughejo Tab. S. 18. f. 2.* depicta.

2. *Caput* parvum, admodum compreſſum, inerme, alepidotum, ſubtus a dorſo verſus os oblique declive.

3. *Oculi* in ſuperioribus capitis lateribus, longe a roſtro diſſiti, mediocris magnitudinis ſubrotundi, cute capitis communi tecti.

4. *Os* in apice capitis ſurſum ſpectans, polyodon, anguſtum.

5. *Opercula Branchiarum* laevia, alepidota, postice ſupra pinnas pectorales in angulum acutum,

ſed

ſed inerme producta.

6. *Dorſum* anguſtiſſimum, acutiſſimum, admodum elevatum, a capite enim ad pinnam usque dorſalem oblique adſcendens, inde iterum verſus caudam declinans.

7. *Venter* a maxilla inferiore oblique deſcendit ad pinnas usque ventrales, inde magis perpendiculariter verſus pinnam ani declinat, unde oblique ſurſum tendit ad caudam fere usque; caeterum eſt admodum contractus & anguſtus.

8. *Linea Lateralis* tenuiſſima, vix viſibilis, curva, utrinque in lateribus longe ad dorſo diſſita, cui tamen proprior quam ventri.

9. *Squamae* minimae, unicolores, ſcabrae, cinereo colore imbutae.

10. *Pinnae* ſeptem, in Dorſo ſcilicet unica, duae Pectorales, totidemque Ventrales, unica Ani, & Cauda.

11. *Pinna Dorſalis* in altiſſimo dorſo orta ad caudam ferme usque extenſa, ſuffultaque oſſiculis quatuor ſimplicibus, parvis, & parum aculeatis, quorum duo priora adeo ſunt parva, ut viſum fere fugiant; poſt haec ſequuntur oſſicula triginta inermia & ſimplicia, quorum anteriora ſuum maxima, & in ſetas totam corporis longitudinem aequantes producuntur, reliquorum ſenſim ſenſimque verſus poſteriora magnitudo decreſcit, donec ultimum vix lineam longitudine capit.

12. *Pinnae Pectorales* parvae, in lateribus utrinque ſitae, ventri parum propriores quam dorſo, longitudinaliter extenſae, oſſiculis ſexdecim ramoſis inſtructae, quorum intermedia longiſſima.

13. *Pinnae Ventrales* binae, invicem approximatae, in infimo ventre ſitae, ori propiores quam operculis, oſſiculis inſtructae ſex, quorum ſecundum in ſetam oblongam extenditur.

14. *Pinna Ani* e regione oſſiculorum longiſſimorum pinnae dorſalis orta & ab ano ad caudam ferme usque extenſa, atque oſſiculis ſuffulta viginti octo, quorum duo anteriora breviſſima & leviter aculeata; reliqua vero inermia; horum decem anteriora in longiſſima abeunt filamenta, eodem modo ac in pinna dorſali §. 11. deſcripſi.

15. *Cauda* parva, ſubrotunda.

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

194. CHAETODON oſſiculis pinnae dorſalis tribus anterioribus aculeatis, quarto ſetiformi, ſeptem ſubſequentibus iterum aculeatis.

1. *Corpus* breve, compreſſiusculum, & admodum cathetoplateum.

2. *Caput* parvum, inerme, omnino ſquamis tectum, compreſſum, cathetoplateum, antice in roſtrum productum.

3. *Roſtrum.* breve.

4. *Maxillae* aequales.

5. *Oculi* maximi, rotundi, in ſupremis capitis lateribus ſiti.

6. *Opercula Branchiarum* inermia, ſquamoſa, rotundata.

7. *Dorſum* anguſtiſſimum & acutiſſimum, a capite admodum aſſurgens usque ad pinnam dorſalem, unde iterum declinat.

8. *Pectus* & *Venter* oblique verſus pinnam ani declinant, atque eo uſque ſunt plana, ſed a pinna ani curvo ductu Venter iterum adſcendit verſus caudam, ubi compreſſus eſt.

9. *Squamae* confertiſſimae, magnae.

10. *Linea Lateralis* tenuiſſima, vix viſibilis, curva, dorſo proxima.

11. *Pinnae* in toto piſce ſunt ſeptem.

12. *Pinna Dorſalis* in ſummo dorſo orta, & usque ad caudam protenſa, oſſiculisque triginta ſeptem ſuffulcitur: *Tria* anteriora oſſicula ſunt breviſſima & aculeata; *Quartum* omnium longiſſimum, & in ſetam tenuiſſimam abit, quae ultra caudam prominet; *Septem Oſſicula*, quae hoc ſubſequuntur, iterum ſunt aculeata & rigida, ſed praecedente multo minora; *Reliqua* vero ſunt inermia & ſubramoſa.

13. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, in lateribus ſitae, ventri propiores, oſſiculis novemdecim inſtructae.

14. *Pinnae Ventrales* binae, ſub pectoralibus in infimo ventre ſitae, ſibi approximatae, oſſiculorum ſex, quorum primum ſimplex, rigidum, & aculeatum; reliqua vero quinque ſunt ſubramoſa, mollia, & inermia.

15. *Pinna Ani* oſſiculorum viginti unius, quorum duo priora rigidiſſima & aculeata, reliqua vero novemdecim ſubramoſa & inermia.

16. *Cauda* ſubrotunda, parva, oſſiculis ſexdecim ſubramoſis inſtructa.

D. D. JANI NOORTBERGH.

195. CHAETODON macrolepidotus, linea nigra ad oculos, macula rotunda ad pinnam dorſalem.

Piſcis militaris, Soldaten of Klipviſch. *Ruyſch. theſ. prim. anim. p.* 39. *tab.* 2. *fig.* 3. B.?

1. *Corpus* ferme circulare, admodum compreſſum & cathetoplateum.

2. *Maxillae* protenſae, quarum inferior longior.

3. *Dentes* tenues, plurimi, oblongi, in maxillis utrisque.

4. *Oculi* magni in utrisque capitis lateribus siti.

5. *Opercula* laevia, squamosa.

6. *Pinna Dorsi* per totum dorsum extensa, humilis, ubique ejusdem altitudinis, suffulta officulis duodecim aculeatis & octodecim inermibus ramosis.

7. *Pectorales Pinnae* in utrisque lateribus mox post opercula sitae officulorum . . . . .

8. *Ventrales Pinnae* binae; ut in specie mox descripta CXCIV, officulorum sex, quorum primam aculeatum.

9. *Pinna Ani* officulis octodecim suffulta, quorum duo anteriora crassissima, robustissima, & aculeata.

10. *Cauda* subrotunda.

11. *Linea Literalis* distinctissima, dorso proxima, curuo ductu sursum ab operculis ad finem pinnae ani procedit, ubi finem capit.

12. *Squamae* magnae, laeves, corpus & caput cum operculis tegentes.

13. *Color* flavescens: Caput linea transversali nigra, curvata, e regione oculorum insigne; macula magna nigra in lateribus utrisque ad finem pinnae dorsalis, cujus margo anterior iride alba distinctus est: *Lineae* quamplurimae obscurae, sibi parallelae in laterum superiore parte, oblique a pinna dorsali versus opercula ductae, quas aliae ejusdem coloris in parte laterum inferiore a pinna ani oblique versus dorsum exaratae intersecant, ex quo linearum concursu anguli contigui in utroque latere.

14. Inhabitat Mare Atlanticum sub Zona torrida.

15. *Longitudo* ab apice maxillae unc. lin.

superioris usque ad finem caudae	—	2	— 4
inferioris usque ad finem caudae	—	2	— 3
ad oculos	—	:	— 3
ad eorum fines	—	:	— 5
ad opercula branchiarum	—	:	— 7
ad pinnas pectorales	—	:	— 8
ad earum fines	—	1	— 3
ad pinnas ventrales	:	—	9
ad earum fines	—	1	— 4
ad pinnam ani	—	1	— 5
ad ejus finem	—	1	— 8
ad pinnam dorsalem	:	—	9
ad ejus finem	—	1	— 9
ad caudam	—	:	— 2

16. *Altitudo* perpendicularis

ad os	—	:	— 1
ad operculorum fines	1	—	8
ad pinnae ani initium	1	—	3
ad caudam	—	:	— 2

D. D. CORNELII VAN HOEY.

Species hujus Generis in antecedente Volumine descriptae, sunt

CHAETODON macrolepidotus, albo-flavescens, rostro longissimo osseo, macula nigra ad pinnam dorsalem. *N.* 109.

CHAETODON rostro longo, osseo, microlepidotus, albo flavescens, lineis transversis quatuor bruneis. *N.* 110.

Quum in Specie in priore Volumine descriptâ omnis ferme Color evanuerat, ex alio exemplari, in quo ille admodum erat conspicuus, accuratiorem Coloris descriptionem hic recitabo.

Lineae seu Zonae arcuatae bruneae in corpore quatuor, quarum 1ª. ab occipite per oculos descendit ad initium usque branchiarum. 2ª. est latissima, transversim ab initio pinnae dorsalis per pinnas pectorales curvo ductu pinnas ventrales petens. 3ª. itidem est in lateribus, priore parum latior, a media parte pinnae dorsalis orta, & obliquo curvoque ductu petens initium pinnae ani; Tres hae Zonae latere convexo anteriora spectant.

A summa extremitate Zonae tertiae usque ad infimam per margines piscis ducitur Zona quarta super radices pinnarum dorsi & ani; hujus pars concava anteriora, & convexa posteriora piscis respiciunt.

Ad summam hujus Zonae extremitatem cernitur macula subrotunda picea.

GASTEROSTEUS. Mus. Ichth. tom. 1. p. 49.

Species hujus Generis in antecedente Volumine descriptae, sunt

GASTEROSTEUS aculeis in dorso tribus. *N.* 111.

GASTEROSTEUS aculeis in dorso decem. *N.* 112.

GASTEROSTEUS aculeis in dorso quindecim. *N.* 113.

Ordo

Ordo Tertius

tractat

BRANCHIOSTEGOS.

BALISTES. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 51.

196. BALISTES cauda ſubrotunda, lateribus hirſutis, pinnis ventralibus coalitis, membranaceis, monacanthis.

1. In quamplurimis cum Specie CXIV. in priore Volumine deſcripta convenit.

2. *Corpus*, *Caput*, *Os*, *Dentes*, *Nares*, *Oculi*, ut in mox allegata Specie.

3. *Dorſum* & *Pectus* ut in eâdem.

4. *Venter* admodum compreſſus, tenuiusculus, ſenſim ſenſimque verſus inferiora poſt aculeum, pinnam ventralem mentientem, in *Membranam* admodum prominentem, ſemipellucidam, margine tenuiore circulari inſtructam attenuatus.

5. *Anus* medio fere inter apicem roſtri & initium caudae ſitus.

6. *Cutis*, *Foramina Branchiarum*, *Hirſuties ad Caudam*, ac *Pinnae*, ut in mox laudata Specie.

7. *Pinna Ventrales* nullae, niſi Membranam (§. 4.) cum aculeo, qui obtuſus, breviſſimus & ſcaber eſt, pro pinna ventrali agnoſcas.

8. *Cauda* ſubrotuda officulorum tredecim.

9. *Color* cinereus, unicolor.

10. *Longitudo* tota duarum unciarum.

D. D. ARNOLDI VOSMAER.

Species hujus Generis in priore Volumine deſcriptae, ſunt

BALISTES aculeis dorſi duobus, primo poſtice dentato, cauda ſubrotunda, lateribus caudam verſus hirſutis. *N.* 114.

Baliſtes ſubcinerea minor, dorſo diacantho, aculeo anteriori majori barbato, cauda ſubrotunda. *Browne Jam. p.* 456. *n.* 2.

BALISTES dorſo triacantho, aculeis binis loco pinnarum ventralium, cauda bifurca. *N.* 115.

BALISTES alepidotus, cirratus polyodon, dorſo triacantho, pinnis ventralibus diſtinctis inermibus. *N.* 116.

BALISTES tetraodon, dorſo triacantho, aculeo unico in ventre, cauda ſubrotunda. *N.* 117.

OSTRACION. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 54.

197. OSTRACION cathetoplateo-oblongus, tetraodon, maculoſus, ventre ſubrotundo, aculeis denſis exiguis undique ſcaber, excepto ad caudam.

Oſtracion tetraodon, ſubrotundus, dorſo lineis nigris vario, aculeis breviſſimis undique. *Arted. Mſſ. ad Sebam?*

Corporis *figura* non multum differt ab *Orbe birſuto denſis & exiguis muricibus donato*, quem depinxit *Willughejus in Ichth. t. ℱ.* 3.

2 *Corpus* cathetoplateum, oblongum, craſſum, verſus caudam admodum compreſſum, & anguſtum.

3. *Caput* a reliquo corpore indiſtinctum, ſubtus convexum, & a dorſo arcuato ductu verſus os declinans.

4. *Os* in antica capitis parte ſitum, quatuor dentibus, qui labiis carnoſis teguntur, inſtructum.

5. *Oculi* parvi, in ſupremis capitis lateribus ſiti, ori paulo propriores, quam aperturis branchiarum.

6. *Apertura Branchiarum* utrinque unica, parva, linearis, mox ſupra pinnas pectorales conſpicua.

7. *Venter* e molli, laxa, ſcabraque cute conflatus, ſphaericus, admodum protuberans amplumque efformans ſaccum, in quo aer, quod per os ingredi atque egredi poteſt, recipitur ac retinetur.

8. *Aculei* adeo minuti, ut vix ſint conſpicui, denſe totum caput, atque corpus ad anum usque undique obſident, unde admodum ſcabra exiſtit cutis; poſt anum vero, ubi aculei deſunt, cutis eſt alepidota atque glabra.

9. *Pinnae* in toto piſce quinque; nimirum, duae Pectorales, unica Dorſalis, unica Ani, & Cauda.

10. *Pinna Dorſalis* parva, fere parallelogramma, in extremo dorſo ſita, officulis inſtructa undecim ramoſis, mollibus & inermibus.

11. *Pinnae Pectorales* binae, utrinque unica, ferme in mediis lateribus inter apicem roſtri & initium caudae ſita, parva, officulorum quindecim ramoſorum.

12. *Pinna Ani* poſt anum ſita, diametraliter pinnae dorſali oppoſita, parva, officulisque ſubramoſis & inermibus: . . . ſuffulta.

13. *Cauda* oblonga, rotundata, officulis inſtructa undecim, quorum intermedia ſubramoſa.

14. *Color* cinereus, lineolis latis nigricantibus transverſalibus ſex in dorſo varius.

15. *Longitudo* a roſtro usque

	unc.	lin.
ad pinnas pectorales	: —	7
ad earum fines	1 —	:
ad pinnam ani	1 —	2
ad caudam	1 —	5
ad ejus finem	2 —	1

16. *Latitudo* transverſalis

capitis ad foramina branchiarum	: —	5
ad os	: —	2
corporis ad pinnas pectorales	: —	3
ad caudam	: —	1
ventris, ſi inflatus eſt	: —	8

17. *Altitudo* perpendicularis capitis

ad oculos	: —	7
ad opercula branchiarum	1 —	:
corporis ante pinnam dorſalem	: —	4
ad caudam	: —	2

18. Comparavi ex muſeo Sebae.

198. OSTRACION bidens, conico-oblongus, aculeis undique oblongis teretibus.

Oſtracion conico-oblongus, aculeis undique longis, teretiformibus, imprimis in lateribus. *Arted. Gen. p. 60. n. 19.*

1. *Corpus* oblongum, ſubrotundum, verſus anterlora & poſteriora contractius, hinc in medio craſſiſſimum.

2. *Caput* verſus anteriora in acumen contrahitur, ſuperne convexo-planum.

3. *Oculi* in utrisque capitis lateribus ſiti.

4. *Os* prominens.

5. *Dentes* bini, in utraque maxilla unicus, ſeu ut Cl. ARTEDIUS loquitur, Dentes nulli, ſed Mandibulae oſſeae, prominentes.

6. *Cutis* alepidota.

7. *Corpus* undique, ſi roſtrum, finemque trunci caudam verſus excipias, inſtructum eſt *aculeis* oblongis, teretibus, acutiſſimis, duris, ſtabilibusque, qui verſus caudam deflecti, & ab eâ iterum reflecti & erigi poſſunt.

8. *Pinnae & Reliquae Partes* cum Specie CXXIV. in antecedente Tomo Muſei Ichthologici deſcriptâ conveniunt.

Obſervavi in inſtructiſſimo Rerum Naturalium ARNOLDI VOSMAERII Muſeo.

Species

Species hujus Generis in antecedente Volumine descriptae, sunt

OSTRACION quadrangulus, aculeis duobus in fronte, & totidem in imo ventre. *N.* 118.

OSTRACION quadrangulus, maculis plurimis varius. *N.* 119.

OSTRACION oblongo-quadrangulus, tuberculis quatuor majoribus in dorso. *N.* 120.

OSTRACION triangulatus, duobus aculeis in fronte, & totidem in imo ventre. *N.* 121.

Ostracion triquetrus gibbus, tegmine osseo areolato, capite cornuto. *Browne Jam. pag.* 457. *n.* 6.

OSTRACION triangulatus, limbis figurarum hexagonarum eminentibus, aculeis duobus in imo ventre. *N.* 122.

OSTRACION triangulatus, tuberculis exiguis innumeris, aculeis carens. *N.* 123.

Ostracion triquetrus gibbus, tegmine osseo areolato, dorso acuto. *Browne Jam. pag.* 457. *n.* 5.

OSTRACION oblongo-rotundus, tetraodon, aculeis brevissimis undique asper, excepto ad caudam. *N.* 124.

OSTRACION cathetoplateus, subcompressus, pinna dorsi & ani cum cauda continuatis. *N.* 125.

OSTRACION cathetoplateus, tetraodon, subcompressus, maculosus, scaber. *N.* 126.

CYCLOPTERUS. Mus. Ichth. tom. 1. p. 56.

Species hujus Generis in antecedente Tomo descripta, est

CYCLOPTERUS. *N.* 127.

LOPHIUS. Mus. Ichth. tom. 1. p. 57.

Species hujus Generis in priore Tomo descriptae, sunt

LOPHIUS ore cirroso. *N.* 128.

LOPHIUS fronte unicorni. *N.* 129.

Lophius maximus monoceros nebulatus. *Browne Jam. pag.* 457. *n.* 3.
Rana piscatrix Americana marina ex Curassao. *Seb. Thes. vol.* 1. *p.* 118. *tab.* 74. *fig.* 2.

Ordo Quartus

continet

CHONDROPTERYGIOS.

CALLORYNCHUS. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 59.

Species hujus Generis in priore Volumine deſcripta, eſt

CALLORYNCHUS. *N.* 130.

Poiſſon Cocq; Pejégallo parmi les Creoles; Demoiſſelle, où Elephant. *Freſier voyag. tom.* 1. *p.* 211. *t.* 17. *fig. A.*

Invenitur in Mari Meridionali prope portum Valparayſo, XXVIII milliria diſtantem ab urbe Sant Jago, quae primaria totius Chilis Regni urbs eſt.

ACIPENSER. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 60.

ACIPENSER corpore tuberculis ſpinoſis aſpero. *N.* 131.

Poſt editum primum Ichthyologici Muſei Volumen, aliud hujus Speciei exemplar accuratius mihi examinare licuit, cujus deſcriptionem hic ſiſto.

1. *Corpus* oblongum, craſſiusculum, verſus caudam anguſtius, fere ſubrotundum, parum cathetoplateum, tuberculis (§. 16) rhomboideis in medio acuminatis inſtructum.

2. *Caput* latitudinem corporis adaequans, ſenſim ſenſimque lateraliter verſus apicem roſtri contractius; ſuperne a dorſo oblique declinans verſus apicem roſtri; inter initium roſtri & dorſum ſinu longitudinali, alte excavato latoque inſtructum. Subtus Caput eſt planum; latera ejus utrinque verſus inferiora in angulum obtuſum contrahuntur.

3. *Oculi* bini, utrinque unicus, in lateribus fere mediis inter apicem roſtri & opercula branchiarum ſiti, parvi, ſubrotundi, verſus anteriora ſpectantes; tunica propria inſtructi.

4. *Iris* aurea ſplendens.

5. *Pupilla* atra, apice inferiora ſpectante, ovali.

6. *Roſtrum* plagioplateum, utrinque ex marginibus lateralibus inferioribus capitis ſub oculis oritur, inde lente in apicem contrahitur, ad exortum eſt latum, ſenſimque verſus anteriora contractius, tandemque in apicem obtuſo-acuminatum deſinens; ſuperne eſt convexum; latera ejus ſunt anguſta & inermia; ſubtus eſt planum; apex parum ſurſum elevatur, & ex cartilagine dura conſtat.

7. Superne mox ante oculos ad radices Roſtri verſus anteriora ſpectantur *Nares* duobus foraminibus ovatis magnis utrinque inſtructae.

8. Subtus in roſtro medio inter os & apicem roſtri conſpicui ſunt quatuor *Cirri* craſſi, qui omnes eandem longitudinem & diſtantiam ab ore ſervant.

9. *Os* in inferna capitis parte ſitum, ita ut piſcis ventri incumbens, eo terra tangat, operculis propius quam oculi, tubiforme, anguſtum, transverſaliter oblongo-rotundum, extenſile, & retractile, *Maxillis* duabus inſtructum, quarum *Superior* utrinque angulo exſculpta eſt. *Maxilla inferior* eſt ſubrotunda, adducibilis, os claudens, ſubrotunda ſuperiore brevior.

10. *Dentes* nulli in maxillis, palato & faucibus.

11. *Lin-*

11. *Lingua* nulla.

12. *Opercula Branchiarum* ampliſſima, marginibus in membranam mollem extenſis abeuntia.

13. *Apertura Branchiarum* utrinque unica, ampliſſima, in lateribus & ſubtus aperta.

14. *Truncus* cathetoplateus, a capite usque ad pinnas ani eandem ferme latitudinem aequans, & ab iis verſus caudam attenuatus. *Dorſum* eſt parum contractius, & a capite ad pinnam usque caudae ſenſim declive. *Latera* convexa, prope ad dorſum declivia & dein recta. *Pectus*, *Venter* & *Abdomen* planum.

15. *Anus* rima transverſali inſtructus, mox poſt pinnas ventrales ſitus, caudaeque multo propior quam roſtro.

16. *Squamae* proprie nullae, ſed truncus quinque ordinibus longitudinalibus Officulorum Rhomboidalium albidorum, variis lineolis & punctis exſculptis ornatorum, a capite ad caudam extenſis partim tegitur; inter hoſce ordines Truncus, nec non totum Caput Tuberculis mitiſſimis ſunt exaſperata.

17. *Ordo Superior* a capite ad pinnam usque dorſalem extenſus, officulisque conſtans rhomboidalibus, ſingulis alterum excipientibus, utrinque compreſſis, in medio acumine elevato, apiceque caudam verſus inflexo aſpero inſtructis; ſquamae ſ. officula haecce numero ſunt decem a vertice usque ad pinnam dorſalem; & ab inde verſus caudam quatuor paria mox deſcriptis ſimilia, ſed aculeo incurvato carentia numerantur.

18. Utrinque in mediis lateribus *Alter Ordo* conſpicitur, qui a ſummis operculis ad medium usque caudae protenditur, officulis conſtans rhomboidalibus, viginti quatuor, oblique a ſiniſtra dextrorſum inflexis, & in mediis tuberculo compreſſo elevato verſus caudam inflexo acuminato auctis.

19. Utrinque in infimis lateribus cernitur *Ordo* mox deſcriptis (§. 17, 18.) ſimilis, qui ab operculis ad pinnas ventrales usque officulis inſtructus eſt novem, & a pinnis ventralibus ad pinnam usque ani duobus, & ab hinc usque ad caudam unico conſpicuo officulo.

20. *Pinnae* in toto piſce ſunt ſeptem, cartilagineae.

21. *Pinnae Pectorales* binae, mox poſt opercula ſitae, utrinque unica, lata, ampliſſima, ovata, horizontalis, in infimis lateribus poſita, inermis, radiis cartilagineis crebris ſuffulta, quorum officulum primum craſſiſſimum & robuſtiſſimum.

22. *Pinnae Ventrales* binae, in lateribus ad anum ſitae, parvae, molles, cartilagineis radiis inſtructae, caudae multo propiores quam pectoralibus.

23. *Pinna Dorſalis* mediocris magnitudinis, in extremo dorſo ſita, capiti parum propior quam pinna ani, fere triangularis, margine ſuperiore exſculpto, radiisque inermibus cartilagineis inſtructa.

24. *Pinna Ani* ovata, medio inter pinnas ventrales & caudam ſita, radiis cartilagineis inermibus ſuffulta.

25. *Pinna Caudae* maxima, biloba, horizontalis: *Lobus Inferior* inermis, ovatus, parvus; *Superior* inferiore triplo longior anguſtus, oblongus, ſenſim in apicem tenuiſſimum deſinens; hujus margo ſuperior laminis oblongis, cartilagineo-oſſeis oblique ſibi incumbentibus tegitur.

26. *Color* ſuperne eſt ſubcinereus, verſus inferiora albidus, dum vivit piſcis, aureo purpureoque fulgore micat, qui in moriente perit.

27. Non raro in Mari Septentrionali occurrit.

28. Diſſectis exterioribus interioribusque integumentis videlicet *Cutim*, *Muſculos Abdominales*, nec non *Omento*, qui ex argenteo ſplendebat, & arcte muſculis adhaerebat; conſpectui ſe objiciebant viſcera, videlicet ſub Diaphragmate cernebantur ab utroque latere Hepatis lobi, Ovarium, Lien atque Inteſtini revolutio.

29. *Gula* recta ex ore deſcendit, eſtque tubus ſatis amplus, continuatus & recta deorſum deſcendens in *Ventriculum* usque ad mediam abdominis altitudinem.

30. *Ventriculus* eſt tubus ex gula continuatus, cui contractior, veſicae aereae incumbens; ſimulac ad dimidiam usque abdominis partem pervenit, ſiniſtrorſum inflectitur, & adſcendit usque ad hepar.

31. Ventriculus dextrorſum inflectitur in *Pylorum*, qui ilico in inteſtinum abit.

32. *Inteſtinum* a pyloro protenditur deorſum usque ad duas tertias partes abdominis, ibi dextrorſum inflectitur, & ſurſum adſcendit usque ad dimidiam abdominis partem, ibi iterum inflectitur, & recta progreditur usque ad anum. Interne valvulis ſpiralibus faeces retinentibus ad dimidiam usque inteſtini recti altitudinem inſtructum.

33. *Inteſtinum*, *Pylorus*, *Ventriculus* atque *Aeſophagus* capacitate nulla inter ſe differunt; *Ventriculus* fibris tantum longitudinalibus, flexuoſis, perlucentibus a reliquo inteſtino diſtinctus: totus hicce canalis pennam anſerinam craſſam ſ. calamum ſcriptorium vix capit. In decurſu accipit ramos arteriarum, venarum, nervorumque a Renibus, Veſica Aërea, Liene, & Hepate.

34. *Hepar* orificio ventriculi, & ubi veſica aërea aeſophago inſeritur (§. 37) adnexum, & in quatuor lobos dividitur, quorum duo breves ſuperne ventriculo praemunt; ab inferiore etiam in duos alios lobos, qui totum ventriculum incumbunt dividitur. Caeterum eſt oblongum, latum & maximum.

35. *Vesica Fellea* ovalis, pyriformis, lucida, subrubra, corpori hepatis inserta, ductum biliarem cum vena portarum combinans & ventriculo inserens.

36. Ubi Pylorus in intestinum abit, ei adnectuntur per vasa *Lactes*, quae unicum corpus ovatum, crassum, & depressum, latum, ab inferiore parum bilobum; intestinis accumbens, transversaliter situm, constituunt, innumeris subrotundis minimis oviformibus vesiculis repletum, quae tamen separari non poterant; hinc minime *Ovarium*.

37. Mox sub hepate intestinis per canales adnectitur corpus oblongum sanguinei coloris satis latum, versus inferiora in apicem desinens, & a superiori parte duo brachia emittens intestinis alligata: forsan *Lien*.

38. Ubi Aesophagus in Ventriculum abit, versus superiora accipit canalem sat insignem in *Vesica aërea* patentem.

39. *Vesica Aërea* unilocularis, capax, valida, pyriformis, apice inferiora spectante, vertebris dorsalibus & costis nonnullis adhaerens.

40. *Renes* oblongi, satis lati, costis & lateribus vertebrarum dorsalium adhaerent, & per totam abdominis longitudinem percurrunt: Sunt duo, qui infra apicem vesicae aereae parum adscendunt supra corpora vertebrarum, ibi conjunguntur, & uniti ad finem usque abdominis hoc est, ad anum procedunt.

41. Plura de intestinis abdominalibus propter exilitatem indagare non potui: adscendamus nunc ad Intestina Pectoralia.

42. *Branchiae* utrinque quatuor arcuatae nullis anophysibus aculeatis instructae, simillimae, quibus reliqui acanthopterygii vel malacopterygii respirant pisces; omnes sub unico operculo latent, & apertura branchiali unica extrinsecus apertissima instructae sunt.

43. Branchiae hae octo, utrinque nempe quatuor per musculos & ligamenta in unum corpus colliguntur, & sub hac combinatione cernitur pyriformis *Aorta* albida, longitudinaliter extensa, & quo magis a branchiis versus abdomen recedit, eo crassior.

44. Huic crassiori parti liberum adhaeret *Cor*, quod *Auricula* unica insigni a parte superiore & interiore dextra instructum est.

45. In Ventriculo digestas inveni Squillas, nec non minimos Piscículos ex Pleuronectum genere.

SQUALUS. Mus. Ichth. tom. 1. p. 60.

199. SQUALUS dorso vario inermi, pinnis ventralibus concretis, dorsalibus caudae proximis.

Squalus dorso vario, pinnis ventralibus concretis. *Arted. Gen.* 44. *n.* 11. *Synon. pag.* 97. *n.* 11.

Galeus dorso pulverulento, tantillum rubente, maculis inordinatis, exiguis, fuscis, albisque varius. *Klein. Miss.* 3. *p.* 10.

Catulus minor Salviani. *Willugb. Ichth. tab. B.* 4. *fig.* 2.

1. *Corpus* oblongum, a capite usque ad pinnas ventrales parumper plagioplateum, inde vero versus caudam subrotundum.

2. *Caput* corpore parum latius, superne convexo-planum, plagioplateum, antice compressius & tenuius, antice obtuso-rotundatum, in lateribus convexum; versus anteriora & superiora Rostrum innumeris poris est pertusum.

3. *Oculi* parvi, utrinque in supremis capitis lateribus siti, versus anteriora spectantes.

4. Ante utrumque oculum versus anteriora cernitur *Foramen* oblongum.

5. *Nares* subtus sub rostro utrinque mox ante maxillam superiorem sitae, longe ab invicem dissitae, magnae.

6. *Os* subtus sub rostro reconditum, amplissimum, dentium acutissimorum variis ordinibus dispositorum horrendum.

7. *Dentes* satis magni, lineam longitudine ferme aequantes, mobiles; Basis dentium seu radix in duo crura ab invicem recedentia dividitur, ex hisce radicibus dens in acumen assurgit cuspidatum. Ad ordinum intermediorum Dentes utrinque ex communi radice praeter Dentem cuspidatum accedit parvulus Dens majori intermedio simillimus. Tales dentes petrificatos Glossopetras dictos egregie repraesentaverunt LUIDIUS *in Lithophylacio suo Brittannico tab.* 15. *n.* 1270. 1260. & SCILLA *de corporibus marinis lapidescentibus tab.* VII. *fig.* 2. qui procul dubio hujus Speciei dentes antea fuere.

8. *Lingua* lata, mobilis, laevis.

9. *Maxilla Inferior* superiore parum brevior.

10. *Aperturae Branchiarum* utrinque quinque in lateribus mox ante pinnas pectorales patentes.

11. *Pinnae Pectorales* binae, ferme triangulares, maximae, in infimis lateribus longitudinaliter corpori adnexae.

12. *Pinnae Ventrales* in unicam latissimam pinnam ab interiore parte concretae, anum ambientes, in medio corpore sitae, & in infimo ventre locatae, margine exteriore semicirculari instructae.

13. *Pinna Ani* longe ab ano dissita, medio inter anum & caudam sita, magna, marginibus rectilineis instructa.

14. *Pinna Dorsalis Anterior* triangularis, mediocris magnitudinis, inermis, caudae admodum proxi-

proxima, e regione media inter pinnas ventrales & pinnam ani sita.

15. *Pinna Dorsalis Posterior* anteriore minor, caudae admodum proxima, triquetra, inermis; caudae parum propior quam pinna ani.

16. *Cauda* mediocris magnitudinis, superne recta, inferne tantum pinnata, duobus Lobis vix ab invicem distinctis instructa; ad finem Lobus Superior oblique truncatus est.

17. *Cutis* admodum scabra in dorso, capite, lateribus, & pinnis: versus inferiora splendens laevior.

18. *Color* cinereus, nigris parvulis maculis lineas longitudinaliter a rostro ad caudam usque extensas efformantibus varius.

19. Inhabitat Mare Septentrionale.

20. *Longitudo* a rostro usque

	ped.	unc.	lin.
ad finem lobi superioris caudae	2	6	2
ad finem lobi inferioris	2	2	6
ad initium caudae	1	11	5
ad pinnam dorsalem primam	1	4	4
ad ejus finem	1	7	:
ad pinnam dorsalem secundam	1	9	7
ad ejus finem	1	11	4
ad oculos	:	2	8
ad foramen primum branchiarum	:	4	2
ad ultimum	:	5	9
ad pinnas pectorales	:	5	7
ad earum fines	:	9	4
ad pinnam ventralem	1	1	4
ad ejus finem	1	4	5
ad pinnam ani	1	7	8
ad ejus finem	1	11	:
ad os	:	:	9

D. D. WILHELMI BAART.

200. SQUALUS dorso vario inermi, pinnis ventralibus discretis, dorsalibus caudae proximis.

Squalus cinereus, pinnis ventralibus discretis. *Arted. Gen.* 44. *p.* 69. *n.* 12. *Synon. p.* 97. *n.* 12.

Catulus maximus. *Raj. Synopf. p.* 22.

Galeus cinereus, maculis nigris rarioribus, sed majoribus quam in Squalo x. *Klein. miss.* 3. *p.* 10.

Ab hocce Specimine Colore tantum differre videtur

Squalus ex rufo varius, pinna ani medio inter anum & caudam pinnatam. *Arted. Gen.* 44. *p.* 68. *n.* 10. *Synon. p.* 97. *n.* 10.

Catulus major Salviani. *Willugb. Ichth. tab. B.* 4. *fig.* 1. *p.* 62.

Galeus capite rostroque brevissimis, ex rufo & cinereo maculis nigris varius. *Klein. miss.* 3. *p.* 10.

Cum mox antecedente Specie omnino convenit tam formâ externâ corporis omniumque partium, quam situ pinnarum. Differt tamen Pinnis Ventralibus, quae in hac Specie ab invicem sunt discretae. Color idem est ac in antecedente, sed maculae nigrae dorsales sunt frequentiores & confusanei.

Inhabitat Mare Septentrionale.

Proportio ut in mox descripta Specie.

Species hujus Generis, quas in priore Tomo descripsi, sunt

SQUALUS rostro cuspidato, osseo, plano, utrinque dentato. *N.* 132. *Browne Jam. p.* 458. *n.* 1.

SQUALUS dentibus acutis, dorso vario inermi, pinna ani carens. *N.* 133.

SQUALUS pinna ani nulla, corporis ambitu subrotundo. *N.* 134.

SQUALUS dentibus obtusis, seu granulosis. *N.* 135.

SQUALUS capite obtuso, cirris duobus ad maxillam superiorem, dorso vario inermi. *N.* 136.

SQUALUS pinna ani nulla, ore in apice capitis. *N.* 137.

SQUALUS dorso plano, dentibus plurimis ad latera serratis. *N.* 138.

Squalus capite depresso subacuto, dentibus lanceolatis serratis sex ordinibus dispositis, pupilla longiori angusta. *Browne Jam. p.* 458. *n.* 2.

SQUALUS capite latissimo transverso, mallei instar. *N.* 139. *Browne Jam. p.* 458. *n.* 4.

Zygaena. *Scheuchz. phys. sacr. tab.* 610. *fig.* 1 & 2.

RAJA. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 63.

201. RAJA inermis, cauda brevi pinnata, craſſa, truncata, dorſo dipterygio.

1. *Corpus* admodum depreſſum, latum.
2. *Caput* a reliquo corpore indiſtinctum, antice convexum, obtuſum, in aciem transverſalem definens.
3. *Oculi* ſuperne in capite, ſibi proximi.
4. *Truncus* ovalis.
5. *Pinnae Laterales* breves, rotundatae.
6. *Pinnae Ventrales* ovatae, acuminatae, inermes.
7. *Caudâ* brevis, craſſiuscula, ſuperne dipterygia.
8. *Pinna Caudae* perpendicularis, lata, apice truncata.
9. *Pinna Ani* nulla.
10. Caeterum, ut in Congeneribus, at inermis.
11. *Color* ſuperne cinereus, & ſubtus albeſcens.

202. RAJA laevis, inermis, cauda tenui, apterygia.

1. Omnino convenit cum ſecundâ Specie a Cl. Artedio in Generibus deſcripta, a qua differt
2. *Caudâ* tenui praelonga, nulla pinna vel ſpina inſtructa.
2. *Tuberculis* Dorſum nullis eſt aſperum.
3. *Color* albidus.
3. *Cartilago* transverſa in ventre.

Binas haſce Rajae Species examinavi in Muſeo Zoologico D. CORNELII VAN HOEY.

Species hujus Generis, quas in antecedente Tomo deſcripſi, ſunt

RAJA aculeata, dentibus tuberculoſis, cartilagine transverſa in ventre. *N.* 140.

RAJA corpore glabro, aculeo longo anterius ſerrato in cauda apterygia. *N.* 141.

RAJA dorſo ventreque glabris, aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. *N.* 142.

RAJA varia, dorſo medio glabro, unico aculeorum ordine in cauda. *N.* 143.

PETROMYZON. Muſ. Ichth. tom. 1. p. 64.

PETROMYZON unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris, praeter inferiores majores. *N.* 144.

FINIS.

AMPHIBIORUM ANIMALIUM

HISTORIA ZOOLOGICA

exhibens

AMPHIBIORUM,

qui in

MUSEO

LAURENTII THEODORI GRONOVII, J. U. D.

adſervantur,

DESCRIPTIONES

ordine ſyſtematico.

AMPHIBIORUM ANIMALIUM

HISTORIA ZOOLOGICA

exhibens

ANIMALIA TRIBUS ORDINUM,

qui in

MUSEO

PRAEFATIO.

Amphibiorum Animalium Zoologia proprie Animalium, quae perinde & aquam & terram absque ullo vitae incommodo inhabitant, *historiam tractat: verum longe alio sensu hocce vocabulo usus fuit Cl.* LINNAEUS in Syst. Nat., *qui sub Amphibiorum classe comprehendit* Animalia per pulmones respirantia, pilis carentia, cute nudâ, vel squamosâ tecta, pinnisque radiatis nullis instructa.

Hinc merito excluduntur Phocae, Lutrae, Ratti aquatici, Castores, aliaque corpore pilis tecto praedita, nec non totum Piscium agmen, quibus specialis pinnis natare radiatis character est; vide Cl. Artedii Ichthyologiam.

Verum, antequam ad ulteriorem Amphibiologiae disquisitionem veniam, ordo rerum exigeret, ut de modis eorum vivendi, respirationisque organis quaedam praemitterem, sed cum multo me solertiores Zootomi haec jamdudum tractavere, neque scopus meus est, ut integram Amphibiorum Animalium historiam contexam; sufficiet itaque, me AMPHIBIA *talia vocasse animalia, quae per pulmones respirant, quorum corpus nunquam pilis tectum, sed nudum est, vel squamosum, neque unquam pinnis radiatis instructum.*

Quum ſub hanc Claſſem animalia veniant, tum incedendi modis, tum forma corporis aliisque qualitatibus, ab invicem toto coelo discrepantia, hinc etiam ex omnibus Zoologiae claſſibus haec eſt intricatiſſima.

α. *Quo ad incedendi modos differunt Amphibia; videlicet*

1°. *Nonnulla quatuor pedibus, qui vel natatorii, vel curſorii, unguiculati, vel inermes, tetradactyli, pentadactyli, vel hexadactyli ſunt, incedunt.*

2°. *Alia vero nullis pedibus inſtructa ſunt.*

β. *Quo ad formam corporis non minus differunt;*

1°. *Alia enim ſunt caudata.*

2°. *Alia eâ carent.*

γ. *Differunt & quo ad Integumenta.*

1°. *Quaedam cute nuda tantum conteguntur.*

2°. *Alia ſunt ſquamoſa.*

3°. *Alia tegmine oſſeo immobili pro parte ſunt circumdata, ſub quo ſe omnino quandoque recondere poſſunt.*

δ. *Differunt praeterea modo pariendi;*

1°. *Alia enim ſunt vivipara.*

2°. *Alia vero ovipara.*

Clariſſimus atque perſpicax Zoologus Linnaeus, *ut difficultates, quae tantam diverſitatum copiam ſemper comitantur, ſuperaret, hancce Claſſem pro modo incedendi in duos Ordines diviſit, quorum Prior* Apoda *ſeu* Serpentia, *& Alter* Tetrapoda *ſeu* Repentia *continet, quae iterum ad juſta Genera ſubdividuntur; de quibus nunc dicendum.*

Primus Ordo

agit

de

SERPENTIBUS.

Inter Amphibia primum locum SERPENTIBUS addico, ſive iis animantibus, quae *nullis pedibus, quibus currere, vel pinnis, quibus natare poſſunt*, a ſapientiſſimo Naturae Auctore inſtructa ſunt, nihilominus ſatis celeriter, flexuoſo, tortuoſoque corporis motu de loco in locum, vermium ad inſtar, ſerpere, quandoque natare, & ſpirali motu arbores adſcendere valent.

Hisce licet Summus Naturae Conditor Pedes, Pinnas, Alasque, quibus hoſtes ſuos evitare poſſent, negaverit, attamen aliorum animantium injuriis minime ſunt obnoxia; Dentibus ſuis venenum fundunt, atque ita omnibus horrorem timoremque incutiunt.

Ut brevis ſim, de variis exitialibus effectibus morſuum Serpentum tacebo, quum meum propoſitum tantum eo tendit, ut notas Genericas, Specificas, Structuramque Animalium indicem, & ſingula juſto ordine diſponam.

Differunt Serpentes maxime quo ad Integumenta, Formam Corporis, Modum Generandi, nec non quoad ſpecioſiſſimos ſuos Colores, qui in ſingulis ferme variant, quorumque, quot eſſent varietates, tot diverſas eorum ſpecies eſſe credidere nonnulli.

Maxime etiam differunt Serpentes *Integumentis;* quippe nonnulli Cutim habent nudam; alii Squamis conteguntur; alii iterum Scutis & Squamis ſimul.

Quo ad *Ortum* non minus differunt, quippe alii *Ova* ponunt cortice duriore contecta, quibus radii ſolares ſolent incubare, vel ſi fimetis imponuntur, iis maxime foventur, quo calore etiam excludantur. Alii vero *vivos* pariunt *foetus*, veluti Viperae, pro ut Auctores deſcribunt; at horum numerus eſt perexiguus; Qui plura de horum *Ortu*, *Coitu*, *Partibusque internis* ſcire cupit, adeat Cl. Blasium, qui Libro quinto haſce hiſtorias ex quibuscumque Auctoribus collegit.

Quantum *Forma Corporis* diſcrepent ex ſequentibus Deſcriptionibus, Legenti patebit, hinc ſicco pede eam tranſibo.

Unum iſtud tantummodo monebo, quod, prout Serpentes diverſimode ſquamis ſunt tecti, in tot etiam diverſa Genera diſtribui debeant: Quod ad *Notas Specificas* attinet; Zoologis *verae notae ſpecificae*

hactenus fuere incognitae, hinc illi *artificialibus* (ſcilicet ſquamas vel ſcuta abdominalia & caudalia numerando) Species ab invicem diſcernere tentaverunt; verum, utrum a recta via non multum adhuc aberrent, aliis dijudicandum relinquo, ſaltem ſequentia exempla hoc mihi indicare videntur: interim & hisdem Artificialibus uſus ſui, quum ex pauciſſimis iſtis, quas poſſideo, Speciebus, alias eruere haud potui: Haec autem ſcripſi, ut potui, non ut volui, quae tamen Tibi, B. L. non injucunda aut ingrata fore mihi perſuaſum habeo.

CAECILIA. Linn. ſyſt. p. 34. Gen. 86.
Corpus nudum, lateribus rugoſis.
Tentacula duo ad roſtrum.
Cauda obtuſa, nulla.

1. CAECILIA rugis CXXXV. *Sund. Surin. Grill. n.* 3. *fig.* 1.

Serpens caecilia Ceilonica. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 26. *tab.* 25. *fig.* 2.
Ibiiaram. *Piſon. Braſil. p.* 282.
Omnino convenit cum SUNDII deſcriptione.
Color eſt ex coeruleo fuſcus.
Inhabitat Surinamam.

AMPHISBAENA. Linn. ſyſt. p. 34. Gen. 87.
Corpus antice & poſtice craſſiuſculum, rotundato-obtuſum, ſquamis annulos circulares formantibus tectum.
Cauda craſſa, obtuſa, eodem modo ac Corpus annulis circularibus tecta.

2. AMPHISBAENA annulis abdominalibus CCIX. & annulis caudalibus XXV.

Amphisbaena annulis abdominalibus cc, caudalibus xxx. *Sund. Surin. Grill. n.* 4.

Anguis annulis abdominalibus cc, annulis caudalibus xxx. *Balk. Muſ. princ. n.* 22.

Amphisbaena Americana ſubcinerea, lineis plurimis transverſis nigricante colore ſtriatis, nullo ordine picta. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 628. *fig. D.*

Amphisbaena americana nigra, variis lineis albis notata, iisque ſine ordine transverſim poſitis verſus caudam copioſioribus, capite pene toto albido. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 749. *fig.* 10.

Serpens americana groſſa, verſicolor. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 140. *tab.* 88. *fig.* 3.

Serpens Zeylanica. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 2. *tab.* 1. *fig.* 7.

Amphisbaena Americana ex fuſco & albo variegata. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 77. *tab.* 73. *fig.* 4.

Serpens Ceilonica Caecilia dicta. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 19. *tab.* 18. *fig.* 2.

Serpens Americana Caecilia dicta. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 24. *tab.* 22. *f.* 3.

Serpens Apamaea Syriaca biceps. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 106. *tab.* 100. *fig.* 3.

Omnino convenit cum BALKII deſcriptione, quam in Muſeo Principis tradidit; licet ejus ſpecimen quoad annulorum numerum cum noſtro differat, pro una eâdemque tamen ſpecie habendum eſt.

Inhabitat Surinamam.

ANGUIS. Linn. ſyſt. p. 34. Gen. 88.
Corpus verſus anteriora & poſteriora obtuſum, rotundatum, ſquamis imbricatis circulos nullos efformantibus undique tectum.
Cauda craſſa, obtuſo-rotundata, ſquamis eodem modo ac Corpus circumdata.

3. ANGUIS ſquamis abdominalibus CCXXX, & ſquamis caudalibus VII.

Amphisbaena ſubargentea, ad caudam breviorem craſſiſſima, corpore ſquamis aequalibus undique tecto. *Browne Jam. p.* 460. *tab.* 44. *fig.* 1.

Serpens Caecilia ex Mauritania. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 137. *tab.* 86. *fig.* 2.

1. *Corpus* breve, craſſiſſimum, verſus anteriora anguſtius, Lumbrici terreſtris formam ferme aemulans, parumper plagioplateum.

2. *Caput* a reliquo corpore indiſtinctum, medio corpore anguſtius, antice ſubrotundum; ſuperne a dorſo verſus anteriora declive; ſubtus convexo-planum; ſuperne tegitur ſquamarum ampliſſimarum hexagonarumque tribus ternionibus. Squamae oblongae anguſtiores margines capitis obtegunt.

3. *Roſtrum* rotundatum, multo ante os prominens.

4. *Nares* utrinque minimo foramine inſtructae, in infimis & anticis capitis lateribus ſitae.

5. *Maxilla Inferior* ſubrotunda, ſuperiore multo brevior.

6. *Lin-*

6. *Lingua* bifida, albida.

7. *Oculi* propter ſquamas craſſas, quibus obteguntur, vix conſpicui, in lateribus capitis ſiti.

8. *Truncus* a capite verſus anum, ubi craſſiſſimus, ſenſim ſenſimque incraſſatur, ſquamisque laeviſſimis, prope ad caput minimis, caeterum ſatis magnis, rotundatis, parum convexis, imbricatim, denſeque invicem ſuperimpoſitis tectus. Harum ordines a capite ad anum ſunt CCXXX.

9. *Cauda* breviſſima, craſſiſſima, acuminato-obtuſa, capite duplo craſſior, ordinibus VII ſquamarum, eandem formam cum iis, quae truncum obtegunt, habentium, circumcincta.

10. *Color* in toto animali ex albido-flaveſcens, & ſplendeſcens.

		unc.	lin.
11. *Longitudo*	ab apice roſtri usque ad finem caudae ——	10	5
	ad anum —— ——	10	1
	ad finem capitis —— :		4
12. *Latitudo*	transverſalis capitis —— —— :		3½
	corporis medio inter anum & caput — :		7
	corporis ad caudam :		5½

4. ANGUIS ſquamis abdominalibus CCXXVII, & ſquamis caudalibus XIV.

Anguis ſquamis abdominalibus CCXXX, caudalibus XIII. *Sund. Surin. Grill. n. 6.*

Anguis ſquamis abdominalibus CCXL, caudalibus XIII. *Balk. Muſ. Princ. n. 23.*

Amphisbaena americana ex rubro, flavo, & albido varia, taeniis nunc integris, nunc dimidiatis nigris angularibus a capite ad extremam caudam picta. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab. 628. fig. B.*

Amphisbaena americana ex albo & nigro varia, taeniis nigris angularibus anguſtioribus albis, iisque veluti reticulatis latioribus. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab. 678. fig. 2.*

Amphisbaena. *Merian. Surin. tab. 69. p. 49.*

Serpens americana tenuis, Amphisbaena. *Seb. theſ. vol. 2. p. 31. tab. 30. fig. 3.*

Amphisbaena Ceilonica foemina *Seb. theſ. vol. 2. p. 76. tab. 73. fig. 3?*

1 *Caput* a reliquo corpore indiſtinctum, cujus latitudinem atque altitudinem aequat; verſus anteriora depreſſius; ſuperne latum, parum convexum, inter oculos & roſtrum duabus majuſculis polygonis ſquamis tectum, quas mox inter oculos ſubſequitur alia major quadrangularis; antice caput eſt ſubrotundum; ſubtus convexum.

2. *Oculi* minimi, ſubrotundi, e regione angulorum oris, & in ſupremo capite locati, longeque ab invicem diſſiti.

3. *Nares* utrinque minimo foramine pertuſae, in anticis roſtri lateribus ſitae, multum ab invicem diſtantes.

4. *Maxilla Superior* inferiore parum longior.

5. *Lingua* bifida.

6. *Dentes* acuti, aequales, introrſum ſpectantes, in utrisque maxillis plurimi.

7. *Truncus* a capite usque ad anum ubique eandem latitudinem atque altitudinem cum capite ſervans; ferme ſubrotundus, ſquamis magnis imbricatim tectus, quarum CCXXVII ordines ſubtus in abdomine numerantur.

8. *Cauda* breviſſima, rotundata, trunco parum tenuior, ſquamarum ordinibus XIV tecta, & in apicem ſubcraſſum rotundatum deſiniens.

		unc.	lin.
9. *Longitudo*	a roſtro usque ad finem caudae ——	19	5
	ad angulos oris —— :		3
	ad anum —— ——	18	7
10 *Latitudo*	transverſalis capitis ad regionem narium :		2
	ad angulos oris —— :		3
	corporis mox poſt caput — :		3
	ad anim —— :		3
	caudae ad anum — :		2½
	ad apicem :		2

5. ANGUIS ſquamis abdominalibus CXCV, & ſquamis caudalibus VII.

Serpens tenui capite, vertice & corpore hepatici coloris, maculis albis rotundis majoribus bilinearis diametri, & aliis interjectis minoribus conſperſus. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab. 606. fig. B.*

Serpens amphisbaena orientalis. *Seb. theſ. vol. 1. p. 87. tab. 53. fig. 7.*

Tucuman, ſive miguel de Tucuman dicta ſerpens, ex Paraguaja. *Seb. theſ. vol. 2. p. 106. tab. 100. fig. 2.*

1. *Caput* a reliquo corpore indiſtinctum; verſus anteriora contractius; ſuperne a dorſo verſus roſtrum declive, & ſquamis polygonis, quarum centralis irregulariter triangularis eſt, tectum.

2. *Nares*, *Oculi*, *Roſtrum*, *Maxillae*, *Lingua*, *Dentes*, nec non *Corporis Forma* omnino conveniunt cum Specie mox deſcripta N. 4.

3. *Squamae* laeves, tenues, ſplendidae, convexae, magnae, imbricatim ſitae; Harum ordines CXCV in abdomine ſubtus a capite usque ad anum numerantur, & ab ano usque ad finem corporis ſquamarum ſeptem ordines caudam, quae breviſſima eſt, contegunt.

4. *Color* ex hepatico & albo varius: per longitudinem dorſi & in ſingulo latere a capite verſus apicem caudae extenditur linea tenuis parum undulata, hepatici coloris; inter haſce tres lineas poſitae

ſitae ſunt in ſummis lateribus maculae ſubrotundae albidae; reliquum vero inter maculas relictum ſpatium hepatico colore condecoratur. Abdomen faſciis transverſalibus tum albidis, tum hepatis variegatum eſt.

5. Inhabitat Surinamam.

	unc.	lin.
6. *Longitudo* a roſtro usque		
ad finem caudae	9	8
ad anum	9	6
7. *Latitudo* transverſalis roſtri		1½
capitis		3
corporis		
poſt caput		2½
inter caput & anum		4
ad anum		2
caudae ad finem		1

6. ANGUIS ſquamis abdominalibus CLXXIX, & ſquamis caudalibus VII.

1. *Caput* parvum, ſuperne planiuſculum; verſus anteriora contractius & declinans; antice rotundato-obtuſum, ſuperne ſquamis irregularibus tectum, & inter oculos ſquama triangulari inſtructum.

2. *Oculi* in ſupremo capite ſiti, minimi, coerulei, ab invicem longe diſſiti.

3. *Maxillae*, *Dentes*, & *Lingua*, ut in Specie N. 4.

4. *Truncus* ſuperne parumper depreſſus, & planus; ubi capiti affigitur, eandem cum capite latitudinem ſervans, verum quo magis a capite verſus anum recedit, eo latior & craſſior: ſquamis contegitur ſat magnis, hexangularibus, laeviſſimis, denſe invicem incumbentibus, imbricatim ſitis, parumque convexis. Harum CLXXIX ordines ſubtus in abdomine numerantur.

5. *Cauda* conica, craſſa, breviſſima, VII ſquamarum ſeriebus circumdata.

6. *Color* rufeſcens, lineis transverſalibus albis, plerumque interruptis ſubtus varius.

7. Inhabitat Surinamam.

	unc.	lin.
8. *Longitudo* a roſtro usque		
ad extremam caudam	14	8
ad anum	14	3
9. *Latitudo* transverſalis		
capitis e regione oculorum		3
corporis mox poſt caput		3½
inter anum & caput		4½
ad anum		4
caudae ad finem		2

7. ANGUIS ſquamis abdominalibus CLXXVII, & ſquamis caudalibus XXXVII.

Amphisbaena dorſo ex albo & nigro lituris inmuneris in collo denſioribus, in dorſo ad extremam uſque canda veluti ſegmentis circularibus nigris teſſelata, ventre flavo & lato. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 747. *fig.* 4.

1. *Caput* minimum, ſubrotundum; antice acuminato-obtuſum; ſuperne ſquamis majuſculis polygonis tectum.

2. *Lingua* lata, ad extremum parum bifida.

3. *Truncus* capitis latitudinem & altitudine ſervans, ſubrotundus, verſus poſteriora parum tenuior, ſquamis minimis imbricatim tectus, quarum CLXXVII ordines ſubtus in abdomine munerantur.

4. *Cauda* ſubrotunda, trunco parum tenuior, brevis, ſquamarum XXXVII ordinibus tecta.

5. *Color* in dorſo cinereo-nigricans, ſquamarum centris albidioribus, unde dorſum quaſi reticulatum evadit: abdomen ex flavo albicat.

6. Inhabitat Surinamam.

	unc.	lin.
7. *Longitudo* ab apice roſtri usque		
ad angulos oris		2
ad finem capitis		4
ad anum	6	4
ad finem caudae	7	8
8. *Latitudo* transverſalis		
capitis ad roſtrum		1
ad angulos oris		2
corporis medio inter anum & caput		3
ad anum		2½
caudae ad anum		2
ad apicem		1⅔

8. ANGUIS ſquamis abdominalibus CXXXVII, & ſquamis caudalibus XLIII.

Coluber. *Geſner. de Serp. pag.* 69.

1. *Caput* parvum, antice contractius, obtuſo acuminatum; ſuperne convexo-planum; lateribus planis; ſubtus convexum; ſuperne tegitur ſquamis irregularibus majuſculis polygonis, centrali majuſculâ cordiformi.

2. *Oculi* anguſtiſſimi, minimi, nigricantes, palpebris aucti.

3. *Nares* in extremis roſtri lateribus ſitae, utrinque foramine inſtructae.

4. *Maxilla Superior* inferiore parum longior.

5. *Dentes* ſatis magni, aequales, in utrisque maxillis, ſubulati, introrſum parumper inflexi.

6. *Lingua* lata, apice bifido inſtructa.

7. *Trun-*

7. *Truncus* a capite verſus anum parumper incraſſatur, & ſubrotundus, ac CXXXVII ſquamarum ordinibus tectus.

8. *Cauda* craſſa, medio trunco parum tenuior, longitudinemque ejus dimidiam vix aequans, in apicem obtuſum, craſſiſſimum, ac rotundatum deſinens, ſquamarum quadraginta tribus feriebus cincta.

9. *Color* cinereo-fuſcus.

10. *Cliviae* frequens.

11. *Longitudo* a roſtro usque unc. lin.
ad extremam caudam 8 — 5
ad anum —— —— 6 — 3

12. *Latitudo* transverſalis
capitis ad roſtrum — : — 1 $\frac{1}{2}$
ad angulos oris : — 3
corporis mox poſt caput : — 2 $\frac{2}{3}$
medii inter caput & anum —— : — 4
ad anum —— : — 3 $\frac{1}{2}$
caudae ad anum —— : — 3
ad finem —— : — 2 $\frac{1}{2}$

D. D. JOHANNIS PETRI MARCI.

9. ANGUIS ſquamis abdominalibus CXXVI, & ſquamis caudalibus CXXXVI.

Serpens Caecilia, ſeu Scytale. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 23. *tab.* 21. *fig.* 4.

1. *Caput* minimum, ambitu ſubrotundo, antice obtuſum, rotundatum; contractius verſus anteriora; ſuperne convexum, ſquamis triangularibus majuſculis tectum; ſubtus convexum, ſquamis minimis tum irregularibus, tum hexagonis inſtructum.

2. *Oculi* minimi, vix conſpicui, anteriora ſpectantes, in lateribus capitis ſiti, e regione angulorum maxillarum locati.

3. *Nares* in extremis lateribus roſtri ſitae, utrinque duobus foraminibus inſtructae; Interius par habet formam papillae; Exterius foramine lato patet.

4. *Maxillae*, *Dentes*, *Lingua* atque *Forma Corporis* optime conveniunt cum mox praecedente Specie.

5. *Truncus* CXXVI viginti ſex feriebus tegitur.

6. *Cauda* longiſſima, longitudinemque totius corporis ſuperans, craſſa, trunco parum tenuior, in apicem craſſiſſimum deſinens, tectaque ſquamarum centum triginta ſex feriebus.

7. *Squamae* minimae, imbricatim ſitae, denſe ſibi ſuperimpoſitae, rotundatae, in trunco minores, quam illae, quae caudam tegunt; parum convexae, craſſiſſimae, glabrae, ſplendentes, ſituque lineas longitudinales quaſi efformantes.

8. *Color* cinereo-fuſcus; per medium dorſum & utrinque per ſumma latera lineis tribus longitudinalibus nigris tenuiſſimis, ab occipite apicem caudae petentibus, variegatus. Abdomen coeruleſcens.

9. Inhabitat Surinamam. unc. lin.

10. *Longitudo* tota ab apice capitis
usque ad finem caudae 10 — 2
ad finem capitis -- : — 4 $\frac{1}{2}$
ad angulos oris — : — 2
ad anum. —— 4 — 7

11. *Latitudo* transverſalis capitis e regione angulorum oris -- : — 2
capitis, ubi craſſiſſimum — : — 2 $\frac{2}{3}$
corporis mox poſt caput - : — 2 $\frac{1}{2}$
ad anum — : — 4
ad finem caudae —— : — 1 $\frac{1}{2}$

SCYTALE.

Caput ſuperne ſquamis maximis, multangulis, polymorphis tectum.
Abdomen & *Cauda* ſcutis transverſalibus ſubtus teguntur.
Cauda craſſa, cylindrica.

10. SCYTALE ſcutis abdominalibus CCL, & ſcutis caudalibus XXVI.

Serpens Surinamenſis, punctis nigris, albo colore interſectis, & taeniis nigricantibus plerumque bifurcatis pictus. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 737. *fig.* 1.

1. *Caput* oblongum, anguſtum, ferme cylindricum; antice rotundato-obtuſum, ſuperne convexum, ſquamis tectum polymorphis: nimirum a roſtro usque ad oculos adſunt duo paria ſquamarum quadratarum, haſce ſubſequitur Centralis cordiformis, acumine poſteriora ſpectante; utrinque ad latera hujusce centralis adeſt unica parva, ſub qua oculus ſitus eſt; verſus poſteriora adſunt duae ferme triangulares maximae ſquamae totum poſticum caput contegentes: latera capitis ſunt convexa, & recta.

2. *Maxilla Inferior* ſuperiore multo brevior.

3. *Oculi* minutiſſi, in lateribus capitis ſiti, ſubrotundi.

4. *Truncus* oblongus, tenuiſſimus, a capite indiſtinctus, ad anum ferme usque eandem latitudinem ſervans, ſubtus ſcutis ducentis & quinquaginta tectus.

5. *Cauda* breviſſima, craſſiuscula, trunco tenuior, in apicem acutum exiens, ſubtus ſcutis viginti ſex inſtructa.

6. Inhabitat Surinamam.
7. *Color* ex albo & nigro annulatim varius.
8. *Longitudo* a roſtro usque — unc. lin.
ad apicem caudae —— 9 — :
ad anum —— —— —— 8 — 2
ad finem capitis —— —— : — 4
ad angulos oris —— —— : — 2 ⅓
ad oculos —— —— —— : — 1
9. *Latitudo* transverſalis
capitis ad roſtrum —— —— — : — 1 ⅓
e regione angulorum oris : — 1 ½
corporis mox poſt caput —— : — 1 ½
medio inter caput & anum —— —— —— : — 1 ⅔
e regione ani —— —— : — 1
ad apicem caudæ — : — ½

Figurâ Corporis & Caudae proxime ad Anguem accedit, ſed Squamis Caudalibus ad Cenchridim appropinquat, hinc intermedium Genus inter Anguem & Cenchridem videtur conſtituere.

COLUBER Linn. ſyſt. p. 34. Gen. 89.
Caput ſuperne ſquamis polymorphis tectum.
Corpus ſuperne ſquamis imbricatis, & inferne ſcutis transverſalibus inſtructum.
Cauda conica, elongata, in apicem tenuiſſimum exiens, ſubtus ſquamarum paribus tecta.

11. COLUBER ſcutis abdominalibus CCLXXII, & ſquamarum caudalium paribus LXX.

Serpens excellens ac ſpecioſa Braſilienſes, e regione Guairâ; regina Serpentem habita. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 105. *tab.* 99. *fig.* 2.

1. *Caput* ovatum, verſus anteriora contractius; poſtice corpore parum latius; ſuperne & lateraliter planum; antrorſum obtuſo-rotundatum, figuram capitis Canis Venatici quodammodo adaequans; ſuperne ſquamis minimis, polygonis, polymorphis, vario ſitu diſpoſitis tectum, ſubtusque ſquamis ovalibus imbricatim ſitis munitum.

2. *Oculi* in ſummis capitis lateribus ſiti, ſphaerici, roſtro paululum propiores.

3. *Nares* in lateribus roſtri ſitae, foramine ſubrotundo utrinque patenti inſtructae.

4. *Maxilla Inferior* ſuperiore multo brevior.

5. *Dentes* maximi in utrisque maxillis & palato, quorum anteriores majores, gingivâ ad apices usque tecti.

6. *Lingua* usque apicem biſida.

7. *Truncus* oblongus, craſſus, cathetoplateus, ſuperne ſquamis minimis ovatis imbricatim ſitis & ſubtus ſcutis tranverſis CCLXII tectus.

8. *Cauda* brevis, craſſa, conica, ſubtus ſquamarum LXX paribus tecta.

9. *Color* ex albo nigroque nebuloſus.

10. *Longitudo* a roſtro uſque — ped. un. lin.
ad finem caudae — 3 — 8 — 6
ad anum —— — 2 — 2 — 8
ad finem capitis — : — 1 — 8
ad angulos oris —— : — 1 — 6
11. *Latitudo* transverſalis
capitis ad roſtrum : — : — 4
ad angulos oris : — 1 — :
trunci mox poſt caput : — : — 6
inter caput & anum —— : — 1 — 1
ex regione ani : — : — 6
ad finem caudae —— : — : — 1
12. *Altitudo* perpendicularis
capitis ad roſtrum -- : — : — 6
e regione angulorum oris — : — : — 9
corporis mox poſt caput —— —— : — : — 8
medio inter anum & caput - : — 1 — 5
e regione ani : — : — 7
ad finem caudae : — : — 1

12. COLUBER ſcutis abdominalibus CCXVI, & ſquamarum caudalium paribus CIV.

Anguis Aeſculapii craſſus, turgido capite ex albo, flaveſcente, & nigro vario, taeniis latioribus nigris, & anguſtioribus albis & flaveſcentibus pulcre pictus; in medio vero corpore taeniae latiores purpuraſcunt inſtincto colore albo; verſus caudam taeniae ſunt albidae, externa ſerie dimidiatae. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 662. *fig.* 11.

Serpens Amboinenſis nigra & alba, Apachykoatl dicta. *Seb. theſ. vol.* 2. *pag.* 21. *tab.* 20. *fig.* 1.

Anguis ſcutis abdominalibus CCXVII, & ſquamis caudalibus CVIII. *Balk Muſ. princ. n.* 25.

1. *Caput* ovatum, corpori parum latius, verſus anteriora contractius, rotundato-obtuſum, in lateribus planum & latum, ſuperne ſquamis polygonis maximis tectum.

2. *Oculi*

2. *Oculi* magni, albidi, ſubrotundi, utrinque fere in medio capite ſiti, ſubgloboſi.

3. *Maxillae* & *Lingua* ut in mox praecedente Specie.

4. *Truncus* oblongus, ſubrotundus, mox poſt caput capite tenuior, medio inter caput & anum craſſiſſimus; ſubtus ſcutis CCXVI transverſalibus tectus.

5. *Cauda* ſatis craſſa, conica, elongata, ſubtus ſquamarum paribus CIV tecta.

6. *Color* in dorſo & ſupremis lateribus eſt niger, maculis albis ſparſis variegatus; abdomen albis nigrisque transverſalibus maculis ornatum; cauda annulis albis nigrisque eſt circumdata.

7. *Longitudo* a roſtro usque ped. unc. lin.
ad finem caudae — 3 — 6 — :
ad anum —— —— 2 — 5 — 5
ad finem capitis —— : — 1 — 3

8. *Latitudo* transverſalis ped. unc. lin.
capitis ad roſtrum —— : — : — 2
ad angulos oris : — : — 7
corporis mox poſt caput: — : — 4
medio inter anum & caput, ubi craſſitudo maxima: -- : — 8
ad anum —— : — : — 3
ad finem caudae: — : — ⅔

Hujus datur Differentia in abdomine ſubtus gerens ſcuta CCXIV, & ſquamas caudales CIV. Huc pertinet Synonymum *Scheuchzeri phyſ. ſacr. tab.* 747. *fig.* 3. Serpens capite & dorſo atro, ſed maculis albis variae figurae mire interſtincto, lituris etiam atris paſſim absque ordine in imum ventrem album deſinentibus, eumque cingentibus, cauda ex coloribus atro, fuſco, & albo taeniato.

13. COLUBER ſcutis abdominalibus CCVII, & ſquamarum caudalium paribus CIII.

Coluber ſcutis abdominalibus CCVIII, ſquamis caudalibus XC. *Sund. Surin. Grill. n.* 13.

Coluber ſcutis abdominalibus CCVII, caudalibus LXXXV. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 8.

Anguis ſcutis abdominalibus CCIX, ſquamis caudalibus XC. *Balk. Muſ. Princ. n.* 36.

Serpens tenuis longus ſulphurei coloris, ſemitaeniis nigris, ſulphureis punctis conſperſis per aequalia inde a roſtro ad extremam caudam notatus, ventre imo flavicante. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 606. *fig. C.*

Serpens Africana Petola dicta. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 89. *tab.* 54. *fig.* 4.

1. *Caput* oblongo-ovatum; ſuperne convexum, & latum; verſus anteriora ſubacutum; ſuperne a roſtro usque ad oculos duobus ſquamarum quadrangularum paribus tectum; poſt haſce ſquamas ſequitur major ſquama ſcutiformis inter oculos ſita, ad hujus latera utrinque adjacet unica ſemicircularis oculos ſuperne tegens. Haſce ſquamas excipiunt binae majuſculae totum occiput obtegentes. Subtus vero caput tegitur ſquamis imbricatis, parvis, & ovatis. Latera capitis ſunt anguſtiſſima, convexa.

2. *Os*, *Maxillae*, *Lingua*, *& Dentes* ut in praecedentibus.

3. *Truncus* cathetoplateus, ſubtus ſcutis transverſis CCVII tectus, in initio capite ipſo parum tenuior, ſenſimque ſit craſſior, donec latitudinem capitis adaequat, & ab inde iterum in tenuiſſimum apicem attenuatur.

4. *Cauda* tertiam trunci longitudinis partem adaequat, minutiſſimisque ſquamarum paribus, quae numero ſunt CIII, ſubtus tegitur.

5. *Squamae* perquam glabrae, ſplendidiſſimae.

6. *Color* nigerrimus, & ex coeruleo reſplendens; in dorſo & lateribus faſciis transverſalibus albis diſtinctus; ſubtus omnino albeſcit.

7. *Longitudo* a roſtro ped. unc. lin.
usque ad finem caudae 1 — 6 — :
ad anum —— 1 — 1 — 5

8. *Latitudo* transverſalis
capitis maxima —— : — : — 3
corporis mox poſt caput : — : — 1
medio inter caput & anum — : — : — 2½
ad anum —— : — : — 1½

14. COLUBER ſcutis abdominalibus CCII, & ſquamarum caudalium paribus XCVI.

1. *Caput* ovatum, plagioplateum; ſuperne convexum; antice obtuſo-rotundatum; verſus anteriora declive; in lateribus convexum, cæterum ut in antecedentibus.

2. *Truncus* tenuis, cathetoplateus, prope ad caput anguſtiſſimus, inde ſenſim, usque ad intermedium inter caput & anum ſpatium, ſit craſſior, inde iterum ſenſim anguſtatur, tandemque in apicem tenuiſſimum caudae deſinit. Subtus tegitur abdomen ſcutis transverſis CCII.

3. *Cauda* longa, tenuis, dimidiam ferme trunci longitudinem adaequans, ſubtusque XCVI ſquamarum paribus inſtructa.

4. *Color* ſuperne & in lateribus albido-bruneus: maculis majoribus ſubbruneis in lateribus & ſummo dorſo conſpicuis eleganter varius; abdomen albidum.

5. Inhabitat Surinamam.

6. *Longitudo* a roſtro usque ad finem caudae —— —— ped. 1 — unc. 10 — lin. 2
ad anum —— 1 — 4 — 3
ad finem capitis : — : — 7

7. *Latitudo* capitis maxima —— : — : — 4
corporis mox poſt caput —— —— — : — : — 2
ubi latiſſimum —— : — : — 3
ad anum — : — : — 1 1/3

15. COLUBER ſcutis abdominalibus CXCI, & ſquamarum caudalium paribus LXXV.

1. *Caput* oblongo-ovatum, ſuperne planum, & latum, verſus anteriora parum contractius, antice obtuſo-rotundatum, ſuperne eodem modo ac in praecedentibus ſquamoſum.

2. *Oculi* ſatis magni, in lateribus capitis ſiti, ſubgloboſi.

3. *Maxilla Superior* multum ante inferiorem prominet.

4. *Latera Capitis* anguſtiſſima, convexa.

5. *Os*, ut in praecedentibus.

6. *Truncus* in initio capite ipſo parum tenuior, ſubrotundus, dein craſſitudinem capitis aequat, & exinde iterum in tenuiſſimum apicem ſenſim ſenſimque attenuatur.

7. *Squamae* dorſales & laterales ſatis magnae, hexangulares, imbricatim ſitae, ſplendidae, parum convexae.

8. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* transverſalibus centum nonaginta & uno: & candam ſubtus obtegunt *Squamarum* ſeptuaginta quinque paria.

9. *Color* Capitis, Dorſi atque Laterum eſt bruneus, albis ſparſis minimisque maculis variegatus. Abdomen albidum.

10. *Longitudo* a roſtro usque ad finem caudae —— unc. 10 — lin. 7
ad anum —— —— 8 — 6
ad finem capitis —— : — 5
ad angulos oris —— : — 3
ad oculos —— —— : — 1 1/3

11. *Latitudo* capitis ad roſtrum —— : — 1 2/3
ad angulos oris — : — 2 1/2
corporis mox poſt caput : — 1 1/2
medio inter anum & caput —— : — 2
ad anum —— —— : — 1 1/3
caudae poſt anum —— : — 1
ad finem —— — : — 1/4

12. *Altitudo* perpendicularis capitis ad roſtrum —— : — 1
ad finem capitis - : — 1 2/3
corporis mox poſt caput - : — 1 1/2
ad anum —— — : — 1 1/3
medio inter anum & caput —— —— : — 2 1/3
caudae mox poſt anum — : — 1
ad finem —— —— : — 1/4

16. COLUBER ſcutis abdominalibus CXC, & ſquamarum caudalium paribus CXXXV.

1 Quo ad *Figuram* externam tum *Corporis*, *Capitisque*, nec non *Squamarum*, quae caput contegunt, optime convenit cum mox deſcriptis Speciebus.

2. *Roſtrum* elongatum, acuminatum.

3. *Dentes* parum majores, quam in antecedente.

4. *Latera* roſtri pone oculos ſulcata.

5. *Cauda* tenuiſſima, flagelliformis, dimidiam corporis longitudinem vix aequans, in apicem tenuiſſimum deſinens.

6. *Scuta* abdomen ſubtus tegentia numero ſunt centum & nonaginta; & centum triginta quinque *Squamarum* paria caudam ſubtus tegunt.

7. *Squamae* dorſum & caudam contegentes, magnae, quadratae, imbricatim ſitae, laeves, ſplendidae, in lateribus longiores & anguſtiores.

8. *Color* vix rubeſcens, verſus caput in lateribus nigris, coeruleis, viridibus, & purpureis mixtis obliquis maculis varius. Caput verſum dorſum purpureum.

9. Inhabitat Surinamam.

10. *Longitudo* tota a roſtro usque ad finem caudae 2 — 9 — 2
ad anum —— —— 1 — 10 — 5
ad finem capitis — : — : — 9
ad oculos —— — : — : — 3
ad oris angulos — : — : — 7

10. *Latitudo* transverſalis roſtri —— —— : — : — 1/2
capitis ad angulos oris —— —— : — : — 3
corporis poſt caput : — : — 1
medio inter caput & anum : — : — 2 1/2
ad finem caudae : — : — 1/4

11. *Altitu-*

11. *Altitudo* perpendicularis
capitis ad roſtrum - : — : — 1
capitis e regione angulorum oris —— : — : — 3
corporis mox poſt caput —— —— : — : — 1⅓
medio inter caput & anum —— : — : — 3
ad anum - : — : — 2⅔

17. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXXXIX, & ſquamarum caudalium paribus CXXII.

Serpens lato capite marmorato ex nigricante fuſco albo & flavido varia, faſcia nigricante per medium dorſum undulatim veluti eunte, nunc cohaerente, nunc interrupta albo colore marginata, ventre flaveſcente. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 652. *fig.* 2.

1. *Caput* ovatum; ſuperne planum; antice rotundatum; verſus poſteriora latiſſimum; in lateribus convexum a reliquo trunco diſtinctiſſimum.

2. *Maxillae* fere aequales.

3. *Truncus* oblongus, tenuis, medio inter caput & anum latiſſimus & craſſiſſimus, mox poſt caput anguſtior.

4. *Cauda* tenuis, tertiam trunci longitudinem aequans.

5. Abdomen ſubtus tegitur ſcutis transverſalibus CLXXXIX, & Cauda ſubtus gerit CXXII ſquamarum paria.

6. *Color* ex rubro obſcure purpuraſcens, in dorſo maculis magnis, irregularibus atris varius. Abdomen ſubalbidum.

7. Inhabitat Surinamam.

8. *Longitudo* a roſtro ped. unc. lin.
usque ad finem caudae 2 — 1 — 3
ad anum —— 1 — 7 — 6
ad finem capitis : — : — 8½

9. *Latitudo* transverſalis
capitis ad roſtrum —— : — : — 1½
ad angulos oris : — : — 5
corporis mox poſt caput : — : — 2
medio inter anum & caput — — : — : — 4½
e regione ani — : — : — 3

18. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXXXIX, ſcutis caudalibus IV, & ſquamarum caudalium paribus XLIV.

Anguis ſcutis abdominalibus CXC, ſquamis caudalibus XLII. *Sund. Surin. Grill. n.* 15.?

Anguis lubricus, Africanus, taeniis albis & rubris annulatus. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 45. *tab.* 43. *fig.* 4.

1. *Caput* oblongum, antice obtuſum, ſuperne planum, collo parum latius, verſus anteriora parum contractius.

2. *Maxillae*, *Dentes*, *Lingua*, *Oculi* ut in praecedentibus.

3. *Truncus* praelongus & tenuis, prope ad caput tenuior, medio autem inter caput & anum craſſior.

4. *Squamae* dorſum & latera tegentes ovatae, convexae, laeviſſimae, ſplendidae.

5. Abdomen ſubtus *Scutis* transverſalibus CLXXXIX armatur. Cauda mox poſt anum *Scutis* IV, poſt quae *Squamarum* XLIV paria ſequuntur, inſtructa eſt. Utrum Scuta Caudalia in hac Specie ſemper adſint, an vero luſus tantum ſit naturae, ulterius erit examinandum.

6. *Cauda* longiſſima, tenuis, in apicem acutiſſimum deſinens.

7. *Color* albus, annulis nigris transverſis varius.

8. Inhabitat Surinamam

9. *Longitudo* a roſtro usque ped. unc. lin.
ad finem caudae —— 2 — : — :
ad anum —— —— 1 — 8 — 5
ad finem capitis —— : — : — 7

19. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXXXVII, ſquamarum caudalium paribus CLXVIII.

Serpens murina Guineenſis minor gracilis. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 24. *tab.* 23. *fig.* 2.

Jaculatrix Ceylanica ſubcoerulea major. *Scheuhz. phyſ. ſacr. tab.* 630. *fig. A.*

1. *Caput*, *Roſtrum*, *Os*, *Oculi*, *Nares*, & *Squamatura Capitis* omnino conveniunt cum Specie XXIV.

2. *Collum* elongatum & tenue.

3. *Truncus* medio inter caput & anum admodum compreſſus ſeu cathetoplateus.

4. *Cauda* tenuiuſcula, longiſſima, flagelliformis, ferme quadrangula, in apicem tenuiſſimum deſinens, longitudinem trunci dimidiam longe ſuperans.

5. *Squamae* dorſum contegentes, magnae, quadratae, laeves.

6. *Abdo-*

6. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* CLXXXVII, & cauda *Squamarum* CXLVIII paribus.

7. *Color* ſuperne & in lateribus ſubcoeruleus, inferne virideſcens, per inferiora latera utrinque a capite ad caudam uſque extenditur linea tenuiſſima, albida.

8. *Longitudo* tota ab apice capitis

	ped.	unc.	lin.
usque ad finem caudae —— ——	2	8	5
ad anum ——	1	9	:
ad finem colli, ubi corporis craſſitudo augetur —— —— :	:	6	:
ad finem capitis —— —— :	:	:	9

9. *Latitudo* transverſalis

capitis maxima —— :	:	:	3 ½
colli —— —— —— :	:	:	1
corporis medio inter anum & caput —— :	:	:	2 ⅓
ad anum —— :	:	:	1 ½
ad finem caudae —— :	:	:	¼

10. *Altitudo* perpendicularis

capitis maxima —— —— :	:	:	2 ½
corporis poſt caput —— :	:	:	1 ⅓
medio inter caput & anum —— —— :	:	:	4 ½
ad anum —— :	:	:	2
ad caudae finem :	:	:	¼

11. Inhabitat Surinamam.

20. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXXX, & ſquamarum caudalium paribus LXXX.

1. *Caput* ovatum, plagioplateum, ſuperne convexum; antice obtuſo-rotundatum, a trunco diſtinctiſſimum; in lateribus convexum; verſus anteriora declive; ſuperne verſus anteriora ſquamis majoribus polygonis tectum; verſus poſteriora occiput ſquamis tegitur ovatis, eodem modo ac dorſum.

2. *Truncus* tenuis, cathetoplateus, prope ad caput tenuiſſimus, inde ſenſim usque ad trium pollicum ab ano diſtantiam incraſſatur, unde iterum ſenſim attenuatur, deſinitque in apicem caudae acutiſſimum.

3. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* transverſalibus CLXXX; Cauda vero ſubtus inſtructa eſt *Squamarum* LXXX paribus.

4. *Cauda* tenuis ſubrotunda, tertiam trunci partem longe ſuperans.

5. *Color* in dorſo & lateribus ex albo & bruneo mixtus & irregularibus maculis majoribus varius: Abdomen & tota inferior corporis pars albida bruneis minutiſſimis maculis adſperſa.

6. *Longitudo* a roſtro

	ped.	unc.	lin.
usque ad finem caudae —— ——	1	11	2
ad anum ——	1	5	2
ad finem capitis —— —— :	:	:	7

7. *Latitudo* capitis maxima —— : : : 4

corporis mox poſt caput —— —— —— :	:	:	2
ubi latiſſimum —— :	:	:	4
e regione ani :	:	:	2

21. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXXVI, & ſquamarum caudalium paribus XLVI, & ultra.

Jaculatrix Surinamenſis, dorſo coeruleo-nigricante, capite ex coeruleo-purpureo, tractu ad latus albo, a capite ad caudam usque protenſo, quem ſequitur linea veluti catenulata nigra; dehinc imus venter flavicans. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 629. *fig. G.*

Serpens Ceylonica longiſſima, tenuiſſima, vulgo Gliricapa. *Seb. theſ. vol.* I. *p.* 172. *tab.* 109. *fig.* 1.

1. *Caput, ejusque Squamatura, Oculi, Maxillae, Nares, Roſtrum, Dentes, Os, Lingua, Squamarumque forma, ſitus atque proportio* ut in Specie ſubſequente XXIV.

2. *Cauda* pentagona, flagelliformis, tenuis: quum diſrupta, longitudinem ejus determinare non poſſum.

3. *Color* capitis, ſupremi dorſi, & caudae ſuperioris partis ex cinereo-coeruleus; in lateribus utrinque ab oculis ad anum usque ducitur linea ſatis lata coeruleo-nigricans, quae in initio albis indiſtinctis maculis interrupta eſt, & dein per lineam albam, quae per ejus medium percurrit, in duas nigro-coeruleas faſcias diſtinguitur: abdomen & tota inferior capitis atque caudae pars albeſcit.

4. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* latiſſimis & maximis CLXXVI, & cauda *Squamarum* paribus quadraginta ſex: reliqua deficiebant, ut §. 2. monui.

5. Inhabitat Surinamam.

6. *Longitudo* tota

	ped.	unc.	lin.
—— ——	2	10	3
a roſtro ad anum ——	2	5	:
ad finem capitis :	:	1	1 ½
ad angulos oris — :	:	:	8 ½
ad oculos —— —— :	:	:	3

7. *Lati-*

7. *Latitudo* transverſalis ped. unc. lin.
capitis maxima — : — : — 5
corporis mox poſt
caput — — : — : — 2 ½
corporis ubi craſſitudo
inter caput & anum
maxima eſt — — : — : — 5
ad anum — : — : — 2 ½

22. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXXIV, & ſquamarum caudalium paribus LX.

Serpens Arabica fuſca, maculis nigricantibus, flammatis notata. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 33. *tab.* 33. *fig.* 1.

1. *Caput* ovatum, ſuperne planum, verſus anteriora in apicem acuto-rotundatum contractum; latera poſteriora turgida, verſus anteriora plana, & mox ante oculos ſinu exarata.

2. *Dentes*, *Nares*, & *Squamatura Capitis* ut in praecedentibus.

3. *Lingua* oblonga, lata & craſſa, apice in bina filamenta abeunte.

4. *Truncus* tenuiſſimus, mox poſt caput ipſo capite tenuior.

5. *Squamae* in dorſo & lateribus maximae, minime ſplendidae, ovatae, longitudinaliter carina elevata inermi auctae.

6. Abdomen ſubtus *Scutis* CLXXIV latiſſimis, & Cauda LX *Squamarum* paribus tegitur.

7. *Cauda* breviſſima, craſſa, quintam ferme trunci longitudinis partem adaequans.

8. *Color* ex cinereo coeruleus. Abdomen nigrescit. Aurium regio linea arcuata albida, quae a nigra excipitur, ornata.

9. Inhabitat Surinamam.

10. *Longitudo* a roſtro usque ped. unc. lin.
ad finem caudae 3 — 3 — 5
ad anum — — 2 — 4 — 5

11. *Latitudo* transverſalis
corporis maxima — : — : — 4
medio inter caput
& anum - : — 1 — 1
ad anum — : — : — 5

Hujus datur Differentia, quae in abdomine ſubtus gerit Scuta CLXX & in cauda ſubtus LIV Squamarum paria.

23. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXXII, & ſquamarum caudalium paribus CXLII.

1. *Caput*, ejus *Partes* omnino conveniunt cum Specie XXIV.

2. *Collum* capite parum anguſtius.

3. *Truncus* tenuiſſimus, & praelongus.

4. *Cauda* longiſſima, tenuiſſima, ferme quadrangularis, dimidiam trunci longitudinem adaequans, & in apicem tenuiſſimum deſinens.

5. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* CLXXII, & cauda CXLII *Squamarum* paribus.

6. *Color* in ſummo dorſo coeruleus; ab oculis verſus poſteriora in utrisque lateribus extenditur linea atra, quae, quo magis ab oculis ea recedit, eo magis evaneſcit, & in lineam tenuiſſimam albidam ad anum usque extenſam abit. Abdomen ex viridi albeſcit.

7. *Longitudo* a roſtro usque unc. lin.
ad finem caudae — 11 — :
ad anum — — — 7 — 3

24. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXV, & ſquamarum caudalium paribus CLII.

Coluber ſcutis abdominalibus CLXIV, ſquamis caudalibus CL, *Sund. Surin. Grill. n.* 12.

Coluber ſcutis abdominalibus CLXII, caudalibus CL. *Haſt. Amph. Gyllemb. n.* 2.

Acontia Surinamenſis, longa praetenuis, capite anteriore flaveſcente acuto, dorſo coeruleo-viridi, ventre albido linea rubente per longitudinem picto. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 655. *n.* 7.

Serpens ornatiſſima Amboinenſis, Boiguatrara dicta. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 86. *tab.* 82. *fig.* 1.

Anguis gracilis coeruleo-viridis. *Catesb. hiſt. nat. vol.* 2. *p.* 47. *tab.* 47.

Long green Borneo Snake. *Petiv. muſ.* 105. *Gazoph. tab.* 100. *fig.* 5.

1. *Caput* oblongum, ovatum, antice contractius, collo ſeu initio trunci duplo latius, ſuperne planum, rectum, aequabile; latera plana, verſus roſtrum contractiora; ſuperne tegitur ſquamis novem irregularibus polygonis, videlicet a roſtro usque ad oculos adſunt duo paria ſquamarum quadrangularum, poſt haecce inter oculos ſequitur triangularis, cui adjacet utrinque unica ſemicircularis oculos ſu-

perne tegens; poſt haſce binae majuſculae irregulares totum poſticum cranium occupantes; poſt haſce occiput ſquamis minutiſſimis, & imbricatis tegitur.

2. *Oculi* ſubrotundi, magni, antrorſum ſpectantes, nullis palpebris inſtructi, globoſi.

3. *Nares* utrinque unico foramine inſtructae in lateribus roſtri ſitae.

4. *Roſtrum* obtuſum, rectum.

5. *Maxilla Inferior* ſuperiore parum brevior.

6. *Rictus oris* ingens.

7. *Dentes* minutiſſimi, ſubulati, in utrarumque maxillarum lateribus ſiti, introrſum ſpectantes: Antici nulli.

8. *Lingua* admodum bifida, laciniis filiformibus.

9. *Truncus* longiſſimus & tenuiſſimus, cathetoplateo-rotundatus, capite anguſtior, medio inter caput & anum craſſiſſimus, verſus caput tenuiſſimus; ab ano iterum attenuatur in caudam longiſſimam tenuiſſimam & flagelliformem.

10. *Cauda* trunci longitudinem dimidiam longe ſuperans, tenuiſſima, ferme quadrangularis, & ab ano in tenuiſſimum apicem attenuata.

11. *Squamae* dorſum & caudam ſuperne contegentes, magnae, quadratae, imbricatim ſitae, laeves, ſplendidae, in lateribus longiores & anguſtiores. Abdomen ſubtus a capite ad anum usque tegitur *Scutis* transverſalibus latiſſimis centum ſexaginta & quinque; Cauda vero *Squamarum* paribus centum quinquaginta duobus.

12. *Color* ſpecioſus & pulcherrimus. Caput ſuperne, lateraque ſuperiora ſunt ſubcoerulea; dorſum, latera inferiora, abdomen, & tota cauda albida, & ex auro & argento reſplendent. Caput poſt oculos atra longitudinali linea ornatum.

13. Inhabitat Surinamam.

	ped.	unc.	lin.
14. *Longitudo* a roſtro usque ad finem caudae	3	4	5
ad oculos	——	—	3
ad angulos oris	—	—	8
ad anum	2	—	9
15. *Latitudo* transverſalis capitis ad roſtrum	—	—	2
ad angulos oris	—	—	4
corporis poſt caput medio inter caput & anum	—	—	4
ad anum	—	—	2 ⅔
ad finem caudae	——	—	⅓
16. *Altitudo* perpendicularis capitis ad roſtrum	—	—	1 ½
ad angulos oris	——	—	3
corporis poſt caput medio inter caput & anum	—	—	4
ad anum	—	—	3
ad finem caudae	——	—	½

25. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXV, & ſquamarum caudalium paribus LXXV.

Vipera Surinamenſis albis faſciis latis vix ſemicircularibus fuſcis, pari intervallo lineis ab invicem diſtantibus, & punctorum nigrorum ſerie ad latera, macula quoque arcuata per orbitam oculi ad occiput ducta, inſignita, ventre albido. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 660. *fig.* 1.

Cobra Americana. *Seb. theſ. vol.* 2. *pag.* 22. *tab.* 21. *fig.* 3.

1. *Caput* oblongum, ſuperne convexum, verſus anteriora declive, lateribus rectis, convexis, verſus anteriora contractioribus; ſubtus ſubconvexum.

2. *Roſtrum* depreſſum, latiſſimum, obtuſo-planum.

3. *Oculi* in lateribus ſiti antrorſum ſpectantes, parvi.

4. *Maxilla Superior* parumper inferiore longior.

5. *Dentes* quam plurimi, duabus ſeriebus in palato ſuperiore & totidem ſeriebus in maxilla inferiore diſpoſiti, ſubulati, introrſum ſpectantes; anterioribus maximis.

6. *Lingua* brevis, bifida. albida.

7. *Nares* in angulis lateralibus roſtri locatae.

8. *Truncus* mox poſt caput tenuis, capite anguſtior, dein ſenſim incraſſatur ad medium uſque inter caput & anum, ubi capitis latitudinem aequat, inde iterum ſenſim anguſtatur, & in apicem caudae tenuiſſimum deſinit.

9. *Squamae* in dorſo & lateribus rhomboideae, parvae, imbricatim ſitae, laeves, ſplendidae; caput ſuperne a roſtro uſque ad regionem angulis oris oppoſitam tegitur eodem modo ac in praecedentibus; poſticum caput ſquamis minutiſſimis imbricatis ſuperne obſitum eſt: Abdomen *Scuta* habet transverſalia anguſta centum ſexaginta quinque, & cauda *Squamarum* paribus ſeptuaginta quinque contegunt.

10. *Color* ſubalbidus; caput lineolis longitudinalibus diſtinctiſſimis ſubbruneis varium; dorſum & latera faſciis transverſis ferme quadraginta bruneis, marginibus obſcurioribus terminatis condecorantur.

11. *Cauda* brevis, ſatis craſſa, tertiamque totius trunci longitudinis partem nondum capiens.

12. In-

12. Inhabitat Surinamam.

13. *Longitudo* a roſtro unc. lin.
usque ad extremitatem caudae 11 — 5
ad anum —— —— 9 — :
ad finem capitis — — : — 7
ad angulos oris —— —— : — 4 ¾
ad oculos —— —— —— : — 1 ½

14. *Latitudo* capitis ad roſtrum —— — : — 2
ad finem capitis : — 4
corporis mox poſt caput : — 2 ½
medio inter caput & anum —— : — 3
ad anum —— : — 1

15. *Altitudo* perpendicularis
capitis ad roſtrum —— : — 1 ½
ad finem capitis —— —— : — 3
corporis mox poſt caput : — 2 ½
ad anum —— : — 1 ½

26. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXIII, & ſquamarum caudalium paribus LXXVII.

Jaculatrix Surinamenſis variis lineis ſubcoeruleis & nigris a capite ad caudam in dorſo, longa & tenuis. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 715. *fig.* 2.

Serpens Americana lemniſcata, Xequipeles dicta. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 3. *tab.* 1. *fig.* 2.

Serpens foemella lemniſcata, Luſitanis Chayquarona dicta. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 10. *tab.* 9. *fig.* 2.

1. *Caput* ovatum, parvum, a reliquo corpore diſtinctum, verſus anteriora parum contractius, eodem modo ac in praecedentibus Speciebus ſquammoſum.

2. *Maxillae*, *Lingua* & *Nares* ut in congeneribus.

3. *Truncus* tenuiuſculus, gracilis, capite medio tenuior, ſenſimque verſus caudam magis contractior.

4. *Cauda* longitudine trunci dimidia parum brevior, praetenuis.

5. *Color* cinereus; in dorſo a roſtro usque ad apicem caudae linea longitudinali lata nigricante, marginibus atris terminata varius. In utrisque lateribus etiam talis linea, ſed anguſtior conſpicitur. Abdomen ſubtus eſt albidum.

6. Abdomen ſubtus *Scutis* transverſalibus CLXIII & Cauda *Squamarum* paribus LXXVII conteguntur.

7. *Longitudo* a roſtro ped. unc. lin.
usque ad finem caudae 1 — 4 — :
ad anum —— — : — 11 — 7
ad finem capitis - : — : — 4 ½
ad oculos —— —— : — : — 1 ½

8. *Latitudo* capitis ad roſtrum : — : — 1
ad angulos oris —— : — : — 3
corporis mox poſt caput —— —— —— : — : — 1 ½
medio inter anum & caput : — : — 2
ad anum - : — : — 1 ½

Hujus Speciei datur Differentia, cujus abdomen ſubtus Scutis CLXXII & cauda Squamarum LXXIX paribus conteguntur.

27. COLUBER ſcutis abdominalibus CLXIV, & ſquamarum caudalium paribus LVIII.

Anguis vulgaris fuſcus, collo flaveſcente, ventre albis maculis diſtincto. *Petiv. muſ.* 17. *n.* 101.

Ophis indigena, tuberoſus. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 6. *tab.* 4. *fig.* 2, & 3.

Quo ad *Formam* externam omnino convenit cum mox praecedente XXI Specie, at cauda in hac XXVII Specie quo ad proportionem parum longior eſt quam in allegata; cauda enim quartam totius trunci longitudinis partem capit.

Color eſt ſubobſcurus, fuſceſcens; collare album vel flavum, poſt quod ſupremis in lateribus macula triangularis atra. Abdomen prope ad caput ſubtus album, nigro-maculatum, & quo magis a capite recedit, eo nigrius.

Scuta abdominis centum ſexaginta quatuor, & *Squamarum caudalium* paria quinquaginta octo.

In Gelria admodum frequens, ubi arva, ſtabulaque boum & ovium inhabitat. Plane eſt innoxius. Dum irritatur ſtridorem emittit, nec eutiquam mordet.

Anno 1755 binos domi alui vivos, qui longitudine, colore, aliisque proprietatibus omnino conveniebant, at quo ad numerum ſcutorum & ſquamarum perquam differebant, quemadmodum ſubſequens exemplum ulterius demonſtrabit.

Unum ex hiſce mox deſcripſi.

Alter gerebat Scuta abdominalia CLXXIII, & Squarum caudalium paria LXV.

Quo ad deſcriptionem etiam huc pertinere videtur Anguis ſcutis abdominalibus CLXXVII, & ſquamis caudalibus LXXXV. *Linn. faun. Suec.* §. 259. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 3.

28. COLUBER ſcutis abdominalibus CLX, & ſquamarum caudalium paribus LX.

1. *Caput* a reliquo corpore indiſtinctum, ovatum, verſus anteriora ſuperne ſenſim declive; antice rotundatum, obtuſum, ſquamis majusculis ut in congeneribus tectum.

2. *Truncus* cylindraceus, a capite indiſtinctus, tenuiusculus, oblongus, ſenſim craſſior ad mediam usque inter caput & anum diſtantiam, inde ſenſum contractior & tenuior evadit usque dum in apicem tenuiſſimum, & acutiſſimum deſinit.

3. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* transverſalibus CLX, cauda vero *Squamarum* LX paribus.

4. *Squamae* in dorſo, & lateribus maximae, fere quadratae.

5. *Color* in dorſo ſubobſcurus, nigricans. Latera albis nigrisque obſcuris lineis transverſalibus variegata. Abdomen eodem modo ac latera nigris albisque faſciis varium.

6. *Longitudo* a roſtro ped. unc. lin.
usque ad finem caudae 1 — 6 — 2
ad anum —— 1 — 2 — 8

7. *Latitudo* corporis
mox poſt caput : — : — 2½
ubi latiſſimum — : — : — 3½
e regione ani —— : — : — 2

8. Inhabitat Surinamam.

29. COLUBER ſcutis abdominalibus CLIX, & ſquamarum caudalium paribus XLII.

Serpens Ceylonica putida, lutei coloris, Hotamboeja dicta. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 54. *tab.* 33. *fig.* 6.

1. *Caput* oblongum, ovatum, verſus anteriora contractum, & rotundatum, ſquamis polygonis ut in congeneribus tectum.

2. *Truncus* mox poſt caput ipſo capite parum anguſtior, dein ad medium usque inter caput & anum incraſſatur, unde iterum ſenſim anguſtatur, & in apicem cauda tenuiſſimum deſinit.

3. Abdomen ſubtus *Scutis* transverſalibus CLIX & Cauda *Squamarum* paribus XLII conteguntur.

4. *Cauda* breviſſima, craſſa.

5. *Color* ex rufo albidus. Caput poſticum ſubluteſcens.

6. *Squamae* magnae, imbricatum ſitae, ovatae.

7. *Longitudo* a roſtro usque ped. unc. lin.
ad finem caudae - 1 — 11 — 1
ad anum —— —— 1 — 7 — 8
ad finem capitis : — : — 9
ad oculos —— —— : — : — 2⅓
ad nares —— —— : — : — 1

8. *Latitudo* transverſalis ped. unc. lin.
roſtri —— —— — : — : — 2
capitis ad angulos
oris —— —— : — : — 5½
corporis mox poſt
caput —— —— : — : — 3
medio inter anum
& caput : — : — 7
e regione ani: — : — 3

9. *Latitudo* transverſalis
capitis maxima — : — : — 5
ad roſtrum -- : — : — 1½
corporis mox poſt caput —— : — : — 3½
medio inter caput & anum: — : — 4½
e regione ani —— : — : — 3
ad finem caudæ — : — : — ¾

30. COLUBER ſcutis abdominalibus CLV, & ſquamarum caudalium paribus CXXIII.

Anguis ſcutis abdominalibus CLII, ſquamis caudalibus CXXXV. *Balk. Muſ. princ. n.* 29.

Serpens Surinamenſis coerulea. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 25. *tab.* 24. *fig.* 3.

1. Quo ad *Formam* externam tum corporis, tum capitis, omniumque ejus partium cum Specie XXIV optime convenit.

2. Truncus ſubtus *Scutis* transverſalibus centum quinquaginta quinque, & Cauda, quae flagelliformis eſt & ſubrotunda, *Squamarum* centum viginti & tribus paribus conteguntur.

3. *Cauda* dimidiam trunci longitudinem aequat.

4. *Color* omnino ex viridi coeruleus.

5. Inhabitat Surinamam.

6. *Longitudo* a roſtro usque ped. unc. lin.
ad finem caudae — 1 — 11 — 3
ad anum —— —— 1 — 3 — 3
ad finem capitis — : — : — 7

7. *Latitu-*

	unc.	lin.
7. *Latitudo* capitis ad roſtrum —— : —	1	½
ad angulos oris — : —	3	½
corporis mox poſt caput — : —	1	½
corporis medio inter caput & anum — — : —	3	½
ad anum — : —	2	

31. COLUBER ſcutis abdominalibus CLV, & ſquamarum caudalium paribus LXII.

1. Vipera americana linea nigra per longitudinem in dorſo, & duabus lineis in latere, uno ex albo & nigro oculato; altera oculis nigris intermixta rubro; capite perbelle notato ex albo & nigro, ventre albo nigro colore taeniato. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 661. *fig.* 8.

2. Serpens Africana. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 23. *tab.* 15. *fig.* 3.

3. Serpens Rotange Ceilonenſis rarior & elegantiſſima. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 50. *tab.* 35. *fig.* 4.?

4. Serpens Ceilonica ſibilans, pulcre lemniſcata. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 47. *tab.* 45. *fig.* 5.

5. Coluber de Terragona, mas & fœmina. *Seb. theſ. vol.* 2. *pag.* 59. 60. *tab.* 60. *fig.* 2 & 3.

1. *Caput* oblongo-ovatum; verſus anteriora parum contractius; verſus poſteriora latius; ſuperne & ſubtus planum; lateraliter convexum, eodemque modo ac in Congeneribus ſquamis polygonis tectum.

2. *Oculi* roſtro proximi, in lateribus utrinque ſiti, ſubrotundi, antrorſum ſpectantes.

3. *Nares* in lateribus roſtri ſitae, utrinque foramine inſtructae.

4. *Dentes*, *Maxillae*, & *Lingua*, ut in mox praecedentibus.

5. *Roſtrum* ſatis latum, obtuſum.

6. *Truncus* ſubrotundo-cathetoplateus, oblongus, tenuiuſculus, medio inter caput & anum craſſiſſimus, inde ſenſim verſus apicem caudae tenuior.

7. *Cauda* brevis, quartam ferme totius trunci partem aequans, ſatis craſſa, rotundata.

8. *Squamae* in dorſo & lateribus parvae, imbricatim ſitae, ovatae. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* transverſalibus centum quinquaginta quinque, & *Squamarum* ſexaginta & duo paria caudam ſubtus contegunt.

9. *Color* capitis ſupremi eſt niger & lineolis flexuoſis albidis varius. Dorſum & latera ſunt albida, lineisque longitudinalibus atris a capite ad apicem usque caudae extenſis ornata. Scutorum abdominis Squamarumque caudalium margines exteriores ſunt nigri, centris albidis inſtructi.

	ped.	unc.	lin.
10. *Longitudo* abapice capitis usque ad finem caudae	1 —	5 —	8
ad anum —— ——	1 —	1 —	5
ad finem capitis	: —	: —	7
11. *Latitudo* transverſalis capitis ad roſtrum ——	: —	: —	1½
ad angulos oris —	: —	: —	3½
corporis mox poſt caput —	: —	: —	2
medio inter anum & caput	: —	: —	3½
ad apicem caudae	: —	: —	½
12. *Altitudo* perpendicularis capitis ad roſtrum ——	: —	: —	1½
e regione angulorum oris	: —	: —	3
corporis mox poſt caput	: —	: —	2½
medio inter caput & anum	: —	: —	4
e regione ani -	: —	: —	4
ad finem caudae	: —	: —	½

32. COLUBER ſcutis abdominalibus CLI, & ſquamarum caudalium paribus LI.

Coluber ſcutis abdominalibus CL, ſquamis caudalibus L. *Sund. Surin. Grill. n.* 14.

Coluber ſcutis abdominalibus CL, caudalibus LIV. *Haſt. Amph. Gyllenh. n.* 4.

Anguis ſcutis abdominalibus CL. ſquamis caudalibus LIV. *Balk. Muſ. Princ. n.* 28.

Serpens dorſo bruneo lituris albis picto, ventre dilutiore albido, fuſcis taeniis cincto. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 738. *fig.* 6.

1. *Caput* oblongum, ovatum, verſus anteriora productum, ſuperne & inferne convexo-planum; in lateribus convexum.

2. *Roſtrum* latum; obtuſo-rotundatum, capite medio tenuius.

3. *Oculi*, *Squamae Capitis*, *Nares*, *Maxillae*, *Lingua* ut in Specie XV.

4. *Truncus* mox poſt caput ipſo capite parum tenuior & contractior, ſenſim ſenſimque a capite usque ad medium inter caput & anum incraſſatur; unde iterum anguſtatur, tandemque in apicem caudae tenuiſſimum deſinit.

5. *Squamae* dorſales atque laterales ovato-quadrangulae, magnae, laeves, convexae, imbricatim ſitae, ſplendidae. Abdomen ſubtus tegitur

ſcutis centum quinquaginta & uno. Cauda ſquamarum quinquaginta & uno paribus ſubtus eſt contecta.

6. *Cauda* brevis, craſſiuſcula, in apicem deſinens ſubacutum.

7. *Color* ſuperne omnino ater lineolis tenuiſſimis albidis indiſtinctis transverſim in dorſo & in ſummis lateribus varius. Totum abdomen albeſcit, lineisque latis transverſis irregularibus nigris varium eſt.

8. Inhabitat Surinamam.

9. *Longitudo* a roſtro ped. unc. lin.
usque ad apicem caudae 1 — 1 — 9
ad anum —— —— : — 11 — 2
ad capitis finem - : — : — 7
ad oculos —— — : — : — 2 1/2
ad angulos oris —— : — : — 5

11. *Latitudo* transverſalis
capitis ad roſtrum —— : — : — 2 1/2
ad angulos oris : — : — 3 3/5
corporis mox poſt caput : — : — 3
—— medio inter a-
num & caput : — : — 4
ad anum —— : — : — 2
caudae mox poſt anum - : — : — 1 3/4
ad finem —— : — : — 1/3

12. *Altitudo* perpendicularis
capitis ad roſtrum —— : — : — 1 1/2
e regione angulo-
rum oris — : — : — 3
corporis mox poſt caput - : — : — 2 1/2
medio inter a-
num & caput : — : — 5
e regione ani - : — : — 2 1/2
caudae ad finem —— —— : — : — 1/3

Nota. In hac Specie numerus Scutorum & Squamarum conſtans videtur; in duo enim exemplaria eundem reperi.

33. COLUBER ſcutis abdominalibus CLIII, & ſquamarum caudalium paribus L.

1. Omnino quo ad formam, proportionemque corporis omniumque partium cum praecedente convenit.

2. *Dentes* quamplurimi, minimi, in maxilla ſuperiore utrinque unica ſerie diſpoſiti, inflexi, aequales, ſubulati. In palati ſuperioris lateribus utrinque dentium ordo conſpiciuntur. In maxilla inferiore nullos potui inveſtigare.

3. *Color* in dorſo & tota ſuperiore parte, nec non in lateribus albidus lineisque transverſis irregularibus nigerrimis varius. Abdomen & tota inferior pars albeſcit.

4. *Longitudo* tota a roſtro ped. unc. lin.
usque ad finem cau-
dae —— 1 — 7 — :
ad anum —— 1 — 3 — 5

5. *Latitudo* capitis e regione angu-
lorum oris - : — : — 6
corporis mox poſt ca-
put —— : — : — 4
medio inter anum
& caput — : — : — 6
ad anum —— : — : — 4
ad finem cau-
dae —— : — : — 1/2

34. COLUBER ſcutis abdominalibus CXLIX, & ſquamarum caudalium paribus LXIII.

1. Forma capitis corporisque omnino eadem ac in Specie XVIII.

2. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* transverſalibus centum quadraginta novem, & Cauda ſubtus gerit *Squamarum* quadraginta tria paria.

3. *Color* albicans, in dorſo & ſummis lateribus lineis longitudinaliter extenſis nigris, & maculis ejusdem coloris variegatus. Abdomen albidum.

4. *Cauda* tenuis elongata.

5. Ranis veſcitur.

6. Inhabitat Surinamam.

7. *Longitudo* a roſtro ped. unc. lin.
usque ad finem caudae — 1 — 4 — 4
ad anum —— —— 1 — : — 6

8 *Latitudo* corporis maxima —— : — : — 3
ad anum —— : — : — 2
ad apicem cau-
dae —— : — : — 1/2

35. COLUBER ſcutis abdominalibus CXLIV, & ſquamarum caudalium paribus LXXII.

Anguis ſcutellis abdominalibus CXLII, caudalibus LXXIV. *Balk. muſ. princ. n.* 37.

1. *Forma* corporis, capitis, omniumque ejus partium praeciſe eadem ut in deſcripta XXV Specie.

2. *Cauda*

2. *Cauda* in apicem tenuiſſimum ſenſim abiens, elongata, tenuis, tertiam fere trunci longitudinis partem aequans.

3. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* centum quadraginta quatuor, & Cauda ſeptuaginta duobus *Squamarum* paribus inſtructa.

4. *Color* capitis ſupremi ex nigro purpuraſcens; collum mox poſt caput ſuperne nigrum. Dorſum & ſuprema latera purpuraſcunt, maculisque nigris minutiſſimis varia. Abdomen albeſcit.

5. *Longitudo* tota ſeptem unciarum.

a roſtro usque ad anum quinque unciarum cum tribus lineis.

6. *Latitudo* corporis maxima fere duarum linearum.

Datur hujus Speciei Differentia, quae in abdomine gerit ſcuta CXLIV, & in cauda LXI ſquamarum paria.

36. COLUBER ſcutis abdominalibus CXLII, & ſquamarum caudalium paribus LX.

Serpens Africana coerulea. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 35. *tab.* 35. *fig.* 4.

1. *Caput* oblongum, antice obtuſum, ſuperne planum, collo parum latius, verſus anteriora contractius.

2. *Maxilla Inferior* Superiore brevior.

3. *Truncus* praelongus & tenuis, prope ad caput tenuior, quam medio inter caput & anum.

4. *Cauda* craſſa.

5. *Color* coeruleſcens: Abdomen albidum maculisque transverſis nigris varium.

	ped.	unc.	lin.
6. *Longitudo* a roſtro usque ad finem caudae	1	11	:
ad anum	1	5	1
ad finem capitis	:	:	7
7. *Latitudo* capitis ad roſtrum	:	:	1½
ad angulos oris	:	:	4
trunci mox poſt caput	:	:	2½
inter anum & caput	:	:	4
ad anum	:	:	3
ad finem caudae	:	:	½

37. COLUBER ſcutis abdominalibus CXXXVIII, & ſquamarum caudalium paribus LXXIV.

Serpens Ibiboboca Braſilienſis. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 21. *tab.* 20. *fig.* 2.

Quo ad Formam corporis omnino cum praecedentibus convenit.

Color coeruleſcens, in dorſo & in lateribus maculis nigris obſcure varius, quae in cauda in lineas longitudinales abeunt. Abdomen ſubtus albidum, & a capite usque ad anum faſciis irregularibus nigris eſt variegatum.

Longitudo tota	1	11	:
a roſtro usque ad anum	1	4	3
Latitudo capitis maxima	:	:	4
corporis poſt caput	:	:	2½
medio inter caput & anum	:	:	4½
ad anum	:	:	3

38. COLUBER ſcutis abdominalibus CXXXVI, & ſquamarum caudalium paribus XXXIX.

1. *Caput* ferme triangulare, latiſſimum, plagioplateum, ſuperne planum, verſus anteriora declive & in acumen rotundatum contractum; in lateribus eſt convexum, eodemque modo ac in praecedentibus Speciebus ſquamatum.

2. *Dentes* minutiſſimi.

3. *Truncus* brevis, craſſiſſimus, admodum cathetoplateus, capite in initio tenuior, deinde ejus latitudinem iterum adaequans, ſquamis maximis ovatis tectus.

4. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* transverſis latiſſimis centum triginta ſex.

5. *Cauda* breviſſima, craſſa, *Squamarum* triginta & novem paribus ſubtus tecta.

6. *Color* ex ferrugineo, caeruleſcenti, & albo mixtus, maculisque indiſtinctis maximis nigris hic illic in dorſo & lateribus varius.

	ped.	unc.	lin.
7. *Longitudo* a roſtro usque ad finem capitis	:	1	6
ad anum	1	11	5
ad finem caudae	2	3	2
8. *Latitudo* transverſalis roſtri	:	:	2
capitis ad angulos oris	:	1	1
corporis mox poſt caput	:	:	6
medio inter caput & anum	:	1	:
ad anum	:	:	4
ad finem caudae	:	:	1

9. *Altitudo* perpendicularis ped. unc. lin.
capitis ad roſtrum — : — : — 3
e regione angulorum oris — : — : — 6½
corporis mox poſt caput : — : — 9
medio inter anum & caput — : — 1 — 2½
ad anum — : — : — 4

39. COLUBER ſcutis abdominalibus CXXXV, & ſquamarum caudalium paribus XLII.

1. *Caput* ovatum, plagioplateum; antice obtuſum; ſuperne convexum, & a reliquo trunco indiſtinctum.

2. *Truncus* latitudinem capitis aequans, brevis, ſubtus ſcutis transverſalibus centum triginta & quinque tectus.

3. *Cauda* breviſſima, ſubrotunda, ſubtus ſquamarum paribus quadraginta duobus inſtructa. Apex craſſiuſculus, acuminatus.

4. *Color* exalbidus, maculis latiſſimis transverſalibus ex nigro & albo mixtis, & marginibus nigrioribus circumſcriptis in dorſo & lateribus varius. Abdomen medium linea lata longitudinali ſubbrunea diſtinctum, quae utrinque lineas transverſas nigras emittit, unde quaſi utrinque pinnata evadit.

5. *Longitudo* a roſtro usque unc. lin.
ad finem caudae — — — 8 — 7
ad anum — — — 7 — 5
6. *Latitudo* maxima capitis — — : — 5
corporis ad regionem ani — — : — 2

40. COLUBER ſcutis abdominalibus CXX, & ſquamarum caudalium paribus LXVII.

Coluber ſcutis abdominalibus CXXIV, caudalibus LX. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 7?

1. *Caput* ovatum, a reliquo corpore indiſtinctum; antice obtuſo-acuminatum; ſuperne planum, verſus anteriora declive, lateraliter convexum, antice ſquamis maximis, polygonis tectum, quarum centralis cordiformis, acumine poſteriora ſpectante: Occiput ſquamis tegitur ovatis, eodem modo ac dorſum.

2. *Maxillae* aequales.

3. *Dentes* minimi, in utrisque maxillis & in palato.

4. *Lingua* bifida.

5. *Truncus* ferme ſubrotundus prope ad caput tenuior, medio inter caput & anum craſſiſſimus.

6. *Cauda* craſſa, dimidiam trunci longitudinem ferme adaequans.

7. *Squamae* in dorſo & lateribus ovatae, imbricatae, maximae, in medio carina elevata longitudinali inſtructae; hinc ſitu lineae elevatae in dorſo, lateribus & occipite formantur. Abdomen ſubtus tegitur *Scutis* transverſalibus centum & viginti, & cauda ſubtus gerit *Squamarum* ſexaginta ſeptem paria.

8. *Color* ſubrufeſcens, ſubtus albidior.

9. *Longitudo* a roſtro usque ped. unc. lin.
ad finem caudae — 2 — 1 — 3
ad anum — — 1 — 6 — 6
ad finem capitis — : — 1 — 2
ad oculos — — : — : — 3
ad angulos oris — : — : — 9
10. *Latitudo* transverſalis
capitis inter oculos : — : — 3
ad roſtrum : — : — 3
e regione oculorum — : — : — 6
e regione angulorum oris : — : — 8
trunci medio fere inter caput & anum — : — : — 9
e regione ani : — : — 4
ad finem caudae — — : — : — ⅔

VIPERA.

Caput ſuperne, *Dorſum* & *Latera* ſquamis imbricatis conteguntur.
Abdomen ſubtus ſcutis transverſalibus inſtructum.
Cauda conica, in apicem tenuiorem deſinens, ſubtusque ſquamarum paribus tecta.

41. VIPERA ſcutis abdominalibus CXLI, & ſquamarum caudalium paribus XXIV.

Vipera Bitin Colubri de Genere major Ceilonica elegantiſſima. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 98. *tab.* 98. *fig.* 1.?

Vipera major Ceylonica, Bitin dicta, foemina. *Seb.*

Seb. thef. vol. 2. p. 99. tab. 99. fig. 2.?

1. *Caput* a reliquo corpore indiſtinctum, antice acuminatum, medio corpore contractius, ſuperne ſquamis minimis, imbricatis, acuto-ovatis, longitudinaliter carina auctis tectum.

2. *Truncus* a capite usque ad medium inter caput & anum ſenſim craſſior, unde iterum tenuior evadit verſus caudam.

3. *Anus* rima transverſali inſtructus, ſitusque mox ante caudam, ut in omnibus Serpentibus.

4. Mox poſt Anum cernitur *Penis* praelongus & tenuis, compreſſiuſculus, longitudinem duarum unciam & trium linearum adaequans. Glande rotundata inſtructus.

5. *Cauda* breviſſima, conica, in apicem acutiſſimum deſinens.

6. Truncus & Cauda ſuperne & lateraliter teguntur *Squamis* maximis acuminato-ovalibus, longitudinaliter in medio carina elevata auctis, admodum deciduis, imbricatim ſitis, invicem vix contingentibus, in dorſo minoribus, verſus latera majoribus. Subtus tegitur Abdomen a capite usque ad anum *Scutis* transverſalibus latiſſimis CXLI. *Cauda* vero ſubtus gerit *Squamarum* maximarum, ſibi incumbentium, nullaque carina auctarum XXIV paria.

7. *Color* ex flavo & bruneo varius ſubtus albescens.

8. Inhabitat Guineam.

9. In exſiccato ſpolio, reliqua examinare non potui.

	ped.	unc.	lin.
10. *Longitudo* tota	4	5	—
usque ad anum	4	1	—
11. *Latitudo* transverſalis maxima	:	4	—

Videtur intermedium Genus conſtituere inter Cenchridem & Colubrem.

D. D. DANIELS LUYX MASSIS.

CENCHRIS. Linn. ſyſt. p. 35. G. 90.

Caput ſuperne, *Dorſum*, & *Latera* ſquamis imbricatis conteguntur.
Abdomen & *Cauda* ſubtus ſcutis transverſalibus ſunt inſtructa.
Cauda conica, in apicem tenuiorem deſinit.

43. CENCHRIS ſcutis abdominalibus CCXLVIII, & ſcutis caudalibus LX.

1. Cenchris ſcutis abdominalibus CCXL, ſcutis caudalibus LXIV. *Sund. Surin. Grill. N. 16. fig. 3.*

2. Vipera americana coloribus albo, nigro, flavicante, rubro pulcherrime picta, lituris nigris ſine ordine decurrentibus, capitis vertice albo, ſed macula ſagittaeformi nigra a roſtro per occiput ad medium collum, quae ἀμφήκης eſt, notato, cauda ex rubello & albido coloribus taeniata. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab. 746. fig. 1.*

3. Serpens Americana maximo in honore habita. *Seb. theſ. vol. 1. p. 58. tab. 36. fig. 5.*

4. Serpens Americana arborea ſingulari artificio picta, magni aeſtimata. *Seb. theſ. vol. 1. p. 85. tab. 53. fig. 1.*

5. Serpens Ceylonica ſpadicea, Mamballa dicta, caput habens haud abſimile canis venatici. *Seb. theſ. vol. 2. p. 104. tab. 99. fig. 1.*

1. *Caput* oblongum, trunco craſſius, plagioplateum, verſus anteriora ſenſim ſenſimque contractius, donec in roſtrum obtuſo-acutum deſinit; ſuperne convexum, inaequabile; poſt oculos enim utrinque in gibbum elevatur; orbitae etiam oculorum ſuperiores elevatae, & quaſi fornicatae ſunt; latera capitis ſunt plana. Caput ſubtus planum. Tegitur ſuperne, lateraliter atque inferne ſquamis confuſaneis, minimis, ac rotundatis.

2. *Nares* foramine lunulato, utrinque in lateribus roſtri anterioribus pertuſae, verſus poſteriora ſpectantes, & margine anteriore elevato auctae.

3. *Oculi* maximi, ſubgloboſi, in lateribus capitis ſiti, roſtro propiores.

4. *Dentes* longitudine aequales, gingivis tecti.

5. *Lingua* acuminata.

6. *Truncus*, ubi capiti affigitur, capite anguſtior, ſenſimque fit craſſior, inde iterum ſenſim ſenſimque attenuatur verſus anum, & in caudam abit: ſuperne *Squamis* minutiſſimis imbricatim ſitis tegitur, & ſubtus *Scutis* ducentis quadraginta octo, tenuiſſimis armatur abdomen.

7. *Cauda* breviſſima, conica, ſubrotunda, craſſa, in apicem obtuſo-acutum deſinens, ſubtus ſcutis transverſalibus ſexaginta inſtructa.

8. *Color* ex griſeo, nigro, albo, rubroque varius.

	ped.	unc.	lin.
9. *Longitudo* a roſtro usque ad finem caudae	2	—	4
ad anum	1	9	8
ad finem capitis	—	1	3
ad oculos	—	—	4½
10. *Latitudo* transverſalis capitis ad roſtrum	—	—	2
ad oculos	—	—	4½
ad angulos oris	—	—	8
corporis mox poſt caput	—	—	4
medio inter caput & anum	—	—	6
ad caudam	—	—	3
ad apicem caudae	—	—	1
11. *Altitudo* perpendicularis capitis ad roſtrum	—	—	3
e regione angulorum oris	—	—	5
mox poſt caput	—	—	5
trunci e regione ani	—	—	3½

medio inter caput
& anum —— : — : — 9

Hujus poſſideo Differentiam, cujus abdomen Scutis CCXL, & cauda Scutis LIV tegitur.

Longitudo ejus tota eſt —— —— 2 — 7 — 5
Latitudo capitis ad roſtrum —— : — : — 4
capitis e regione angulorum oris —— : — 1 — 4
corporis maxima —— : — 1 — 4½
Altitudo corporis maxima —— : — 2 — :

Hujus Speciei ſpolia poſſideo ſex pedum longitudinem ferme aequantia, at in aliorum Muſeis vidi quae viginti pedum longitudinem capiebant.

44. CENCHRIS ſcutis abdominalibus CCLIV, & ſcutis caudalibus LXIX.

Serpens Guineënſis rariſſima Argus dicta. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 24. *tab.* 23. *fig.* 1.

Serpens teſtudinacea americana, murium inſidiator. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 30. *tab.* 29. *fig.* 1.

Serpens craſſus, capite, roſtro, & vertice fuſco, corpore livido & cinereo, in dorſo bina ſerie macularum ſubrotundarum fuſcarum, in ventre albidarum, ſed margine fuſco cinctarum pictis. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 606. *fig. A.*

1. *Figura* capitis atque corporis, ut in antecedente Specie.

2. *Squamae* caput ſuperne verſus anteriora tegentes majores, polymorphae; poſticum autem caput Squamis minoribus, & imbricatim ſitis obtegitur.

3. *Truncus* cathetoplateus ſuperne & in lateribus *Squamis* imbricatis minimis, & ſubtus *Scutis* anguſtiſſimis transverſalibus CCLIV inſtructus eſt.

4. *Cauda* brevis, craſſiuscula, ſubtus *Scutis* transverſalibus LXIX tecta.

5. *Color* in ſupino corpore ruber, in dorſo maculis rotundatis majoribus, & in lateribus lunulis nigris varius. Abdomen albidius nigris minoribus maculis ſparſis ornatum.

6. *Longitudo* a roſtro ped. unc. lin.
usque ad finem caudae 2 — : — 6
ad anum —— —— 1 — 9 — :
ad finem capitis — : — 1 — 4

7. *Latitudo* capitis ad roſtrum - : — : — 2
ad angulos oris: — : — 7
corporis mox poſt caput —— —— : — : — 4½
medio inter anum & caput - : — : — 6
e regione ani —— : — : — 3
ad apicem caudae —— : — : — 1

8. *Altitudo* perpendicularis
capitis e regione angulorum oris —— : — : — 6
corporis mox poſt caput —— —— —— : — : — 6
medio in caput & anum - : — 1 — :
e regione ani : — : — 4½

CROTALOPHORUS. Linn. Syſt. p. 35. G. 91.
Abdomen & *Cauda* ſcutis ſubtus conteguntur.
Cauda quandoque praeter ſcuta, etiam ſquamis contecta eſt.
Cauda terminatur in *Apicem corneum* ſeu *Crepitaculum*, plerumque articulatum.

45. CROTALOPHORUS ſcutis abdominalibus CLXXIV, ſcutis caudalibus XXII, tribusque intermediis ſquamarum paribus.

Crotalophorus ſcutis abdominalibus CLXXIV, ſcutis caudalibus XXI, paribusque ſquamarum III. *Sund. Surin. Grill. n.* 17. ?

Serpens ex venatiſſimis, cujus morſus paucis momentis vel horis hominibus, canibus vitam adimit: ſeu, Vipera Caudiſona Americana ex flavo albo & fuſco varia, maculis nigricantibus per dorſi longitudinem catenulae inſtar protenſis, ſequentibus ferme triangularibus, ſeu cuſpidatis albis, medio fuſcis, nigro colore marginatis, ſubinde ſagittaeformibus in apices rhomboidales deſinentibus. *Scheuchz. phyſ. ſacr. tab.* 648. *fig.* 1.

1. *Caput* oblongo-ovatum, antice obtuſo-rotundatum, lateribus convexis, ſuperne ante oculos parum excavatum, poſt oculos convexo-planum.

2. *Oculi* ſubrotundi, utrinque in lateribus anterioribus ſiti, ſubconvexi, antrorſum ſpectantes, roſtro proximi.

3. *Nares* inter oculos & roſtrum ſitae; foramine magno patulo ſubrotundo utrinque inſtructae.

4. *Oris Rictus* permagnus.

5. *Gingivae Maxillae Superioris* admodum tumidae utrinque dentem maximum, ſubulatum, incurvatum, & verſus fauces inclinatum tegentes.

6. *Dentes* nulli in utriſque maxillis praeter duos caninos in maxilla ſuperiore conſpicui.

7. *Lingua* bifida: bifurcationibus capillaceis.

8. *Corpus* cathetoplateum, oblongum, altitudinem capitis ſervans, mox poſt caput capite parum angus-

anguſtius, medio vero inter caput & anum capitis latitudinem iterum aequat: Superne tegitur *Squamis* minutiſſimis, ſubovatis, imbricatim ſitis, laeviſſimis: Subtus vero tegitur abdomen *Scutis* transverſalibus CLXXIV.

9. *Cauda* breviſſima, ſubtus tecta *Scutis* & *Squamis:* Verſus anum tegitur *Scutis* ſeptendecim, quae ſubſequuntur tria paria *Squamarum* ſeu *Scutorum* dimidiatorum, & ab his verſus apicem quinque adhuc *Scuta* ſubtus caudam tegunt. Cauda terminatur in apicem craſſiſſimum corneum, perpendiculariter compreſſum, & utrinque longitudinaliter ſinu exarato inſtructum, figurâ haud diſſimilem ultimo articulo crepitaculi Crotalophori vulgaris.

10. *Squamae* ſuperne in corpore & cauda, poſticoque capite, nec non ſubtus ſub mento ſunt parvulae, ovatae, imbricatim ſitae, ſibi incumbentes, ſplendidae, parumper convexae; quae latera corporis medii utrinque contegunt, ſunt paulo majores. *Caput* ſuperne inter oculos binas hexangulares ſquamas gerit, poſt utrunque oculum unica oblongo-quadrata, ſquama & inter roſtrum & oculos variis polygonis majoribus, inſtructum eſt.

11. *Color* ex albo nigroque pulcherrime variegatus.

12. *Longitudo* ab apice capitis ped. unc. lin.
usque ad finem caudae 1 — 1 — 8
ad finem capitis : — : — 9
ad anum. — 1 — : — 5

13. *Latitudo* transverſalis
capitis ad oculos — : — : — 4
ad angulos oris : — : — 5
corporis mox poſt caput — — — : — ½ — 2½
medio inter anum & caput, ubi craſſitudo eſt maxima — — : — : — 5½
ad caudae initium — : — : — 2

14. Inhabitat Surinanam

Squamarum differentiam conſtituere Caudalium ſimus maximam videtur inter noſtram Speciem & Numerum 17. in Surinamenſibus Grillianis deſcriptum.

Secundus Ordo

fiſtit

R E P E N T I A.

Quantum laboris atque operae impenderint Sagaciſſimi Zoologi, ut ſingula animalia juſto ſuoque reponerent ordine, cuivis notum puto; ſed quantum a veris Characteribus, qui illis ſunt proprii, detegendis aberrarint, luce meridiana clarius demonſtrat Repetium Amphibiorum Cohors, quam jam inde a Summi ARISTOTELIS aevo usque ad noſtra tempora Zoologorum plerique Quadrupedibus annumerarunt, a quibus tamen tum procreationis, tum educationis, tum vitae modo plurimum diſcrepant: Quapropter Celeberrimi atque Eruditiſſimi Viri CAROLI LINNAEI diſpoſitio vehementer unicuique arrideat neceſſe eſt, qui amphibiorum Claſſi eam non dubitavit inſerere; Hujus enim nulla Species datur, quae corpore piloſo inſtructa eſt, & quamvis foeminae jam ſint viviparae, tamen ſuos foetus lacte minime alunt, quod in caeteris Quadrupedibus obtinet; hinc & a reliquis animalium claſſibus facillime diſtinguitur; ſcilicet, *corpore nunquam piloſo, ſed aut nudo, aut ſquamato, aut tecto tegmine, quatuorque pedibus inſtructo.*

Non minus quam *Serpentia* differunt hujus Ordinis animalia a ſe invicem:

α. *Pariendi* modo quamplurimum ab invicem diſcrepant, quum

1°. Nonnulla Foetus vivos producunt; horum attamen Species ſunt perrarae.

2°. Alia ſunt ovipara; hoc in plerisque obtinet: Ponunt enim ova vel duro vel molliori cortice tecta, quae aut ſub arena abſconduntur, aut aquis ad littora ſtagnantibus ſupernatant, ibique incubationis cura Soli relinquitur, cujus radii eo usque ova fovent, iisque tamdiu quaſi incubant, donec foetus excludantur.

β. *Ortu* etiam differunt.

1°. Nonnulla, ſimulac ex ovo prodeunt, perfectiſſima jam ſunt animalia; hujus exempla praebent Teſtudines atque Crocodyli.

2°. Alia autem diverſas ſubire debent metamorphoſes, priusquam ad perfectum ſtatum perveniant, quas in Ranis obſervavit JACOBAEUS & in Salamandris vulgaribus propria autopſia expertus ſum.

γ. Singulae Partes in ſingulis Generibus diſcrepant:

videlicet α. *Lingua.*

1°. In aliis eſt vix conſpicua, ſeu intra fauces ſita, quemadmodum in Crocodylo id obtinet.

2°. In

2°. In aliis eſt lata, ut in Scinco, Salamandra, Cordylo, Iguana, Rana, Teſtudine.

3°. In aliis bifida Serpentum adinſtar, ut in Lacertis.

4°. In aliis vermiformis, ſubrotunda, extenſilis, quemadmodum in Pico ave, vel in Agriis quadrupedibus, cujus exemplum praebet Chamaeleon.

δ. *Cauda* 1°. in quibusdam deeſt, ut in Ranis perfectis; antequam vero Ranae ad perfectum ſtatum pervenerint, etiam eâ inſtructae ſunt.

2°. In plerisque adeſt, ut in Dracone, Cordylo, Scinco, Lacerta, Chamaeleone &c.

3°. In nonnullis eſt anceps, veluti in Crocodylo, Iguanae, & Salamandrae Speciebus.

4°. In plerisque eſt conica, ſubrotunda.

5°. Differt & haecce quo ad longitudinem, formam, ſquamaturâm, aliasque proprietates, quas omnes hic referre, nimis prolixum foret.

ε. *Squamas corporis* maxime in diverſis Specibus differre, docent ſubſequentes Deſcriptiones.

ζ. *Pedes* quamplurimum etiam in diverſis ſpeciminibus diſcrepant: videlicet

1°. Alia habent pedes curſorios, & fiſſos;

2°. Alia natatorios, & palmatos.

3°. Alia quaſi lobatos.

4°. Alia quatuor quinqueve digitorum.

5°. Alia eos unguibus inſtructos habent.

6°. Alia vero unguibus carent.

Ne autem omnes diverſitates, quae in partibus Repentium occurrunt, hic loci allegem, ad ſubſequentes deſcriptiones L. B. remitto, ubi ſingula ſecundum Characteres proprios diſpoſui atque exhibui. Me ſane ad hunc laborem ſuſcipiendum tum Linguae Pedumque, tum Squamarum vitaeque agendae diverſitas movit, impulitque. Ne autem Te, B. L., multis morer, & ut paucis univerſa contraham, pro mea facultate haec conſcripſi, quantumque mihi mea Repentium ſuppellex & copia ſuppeditabat, quam potui magna cum cura, diligenter perſcrutatus ſum: Acutioribus me multo & ſolertioribus Zoologis ſubolebunt fortaſſe plurima, quae me meamque attentionem fugerint, quare eos maxime rogatos velim, ut in curioſam hancce porro inquirere ne deſiſtant materiam, utque, ſi quae corrigenda aut illuſtranda detexerint, aut novas Species, Generaque repererint, mecum communicare ne detractent; Quales Zoologiae noſtrae Fautores, ſi mihi invenire contigerit, debitum illis ſemper tum publice, tum privatim honorem gratiasque, quas poſſim maximas, agam habeboque.

DRACO. Linn. ſyſt. p. 36. Gen. 92.
Corpus quadrupes, caudatum, alatum.
Pedes unguiculati. *Cauda* non verticillata, ſquammoſa.
Alae duae, radiis transverſis oſſeis fulcitae.
Criſta ad gulam.
Lingua craſſa; rotundata?

46. DRACO. *Linn. ſyſt. nat. p. 36. Gen. 92.*

Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, alis femore connexis, criſta gulae triplici. *Haſt. amph. Gyll. n.* 12.

Lacerta Americana volans, ſeu Draco volans. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 160. *tab.* 102. *fig.* 2.

Lacerta Africana volans, ſeu Draco volans. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 92. *tab.* 86. *fig.* 3.

Lacertus volans, ſeu Dracunculus alatus. *Bont. ind. orient. p.* 57. *tab.* 57. *Klein quadr. p.* 105.

Lacertus volans indica. *Raj. quadr.* 275.

Jacare Braſilenſibus. *Marcgr. braſ. lib.* 6. *cap.* 15. *p.* 245.

1. *Caput* parvum, ovatum, collo duplo latius, plagioplateum, ſuperne leviter convexum, ſtriis, punctisque

punctisque elevatis quodammodo post oculos scabrum, ab antica & laterali parte in *rostrum* obtuso-acutum contractum.

2. *Os* satis amplum, *Dentibus* plurimis, acutis, contiguis, aequalibus, in utrisque maxillis munitum.

3. *Dentes Molares* nulli.

4. *Nares* utrinque in lateribus apicis rostri sitae, foramine parvo rotundo & elevato instructae.

5. *Oculi* longitudinaliter ovati. *Pupilla* ovata, acumine rostrum versus spectante.

6. *Aures* in infimis lateribus ad finem capitis sitae, tenui ac subrotunda squama extrinsecus tectae.

7. *Collum* cathetoplateum, capite multo angustius.

8. *Cristae* ad gulam tres, quarum duae utrinque in lateribus & unica in medio gulae sitae sunt. *Laterales* autem sunt ovatae, longitudinaliter sitae, tuberosae, *Media* vero compressa, lateralibus major, & tenuior.

9. *Truncus* collo parum latior.

10. *Anus* rima parva transversali instructus.

11. *Cauda* angusta longa, reliquo corpore sesquilongior, squamis carinatis & imbricatis instructa, versus truncum angulosior, quam ad apicem.

12. *Alae* duae, utrinque unica membranacea, squamis perparvis imbricatim tecta, radiisque instructa sex osseis, flexibilibus, quae originem vi-

sumere dentur ab apophysibus lateralibus vertebrarum dorsalium. Alarum *Margo* a parte anteriore quodammodo est rectilineus, a laterali vero & postica parte circularis. Progrediuntur Alae ex lateribus infimis trunci: A parte superiore cum pedibus anticis non cohaerent, nec iis adnectuntur, verum a parte posteriore plantarum cruribus adnectuntur usque ad altitudinem ferme eorum dimidiam.

13. *Palmae* pentadactylae, fissae, quarum *digitus primus* seu *interior* parvus; *secundus* & *ultimus* longitudine sunt aequales, verum ultimus profundius est separatus; *tertius* & *quartus* itidem longitudine pares, omniumque sunt longissimi.

14. *Plantae* in quinque digitos fissae, quorum *extimus* seu *primus* est brevissimus; *quartus* cum *quinto* eandem habet longitudinem, verum ultimus multo profundius est separatus, *secundus* & *tertius* itidem longitudine pares, reliquisque multo sunt longiores.

15. *Ungues* digitorum acuti, curvati, compressi.

16. *Squamae* corpus supinum tegentes sunt laeves, ovatae, minimae, imbricatim sitae; quae vero corpus intus tegunt, sunt minimae, carinatae, tum imbricatim, tum per lineas transversales dispositae.

17. *Color* bruneus, albisque sparsis maculis varius.

18. Inhabitat Sylvas Asiae, atque Africae, sesque sustentans muscis, aliisque insectis.

CROCODILUS. Cataphracta Kleini. quadr. p. 99. Lacertae Species Linn. syst. p. 36. Gen. 93.

Corpus quadrupes, segmentis instructum.

Cauda anceps, in segmenta divisa.

Pedum digiti aliquot unguiculati, reliquis inermibus. *Pedes Posteriores* quandoque natatorii.

Lingua nulla.

47. CROCODILUS maxillis depressis, conicis, pedibus triugulatis, palmis pentadactylis, plantis tetradactylis palmatis.

Lacerta cauda ancipiti, pedibus triungulatis, palmis pentadactylis, plantis tetradactylis palmatis. *Hast. Amph. Gyllenb. n.* 10.

Crocodilus loricatus maximus aquatilis palmis pentadactylis, tribus interioribus palmatis, plantis pentadactylis semipalmatis, exteriori utrinque mutico. *Browne Jam. pag.* 461. *n.* 1.

Lacertus omnium maximis Crocodylus dictus. *Raj. quadr. p.* 261. *Catesb. hist. nat. tom.* 2. *p.* 63. *tab.* 63.

Jacare, sive Crocodylus, vulgo Cayman. *Piso. Bras. p.* 282.

Crocodylus, qui per totam Indiam, Cayman audit. *Bont. ind. orient. p.* 55. *tab.* 55.

Crocodylus Leviathan Jobi. *Bochart. Hierozoic. lib.* 1. *cap.* 7.

Crocodylus Amphibius Niloticus. *Mus. Besl. p.* 47. *tab.* 13.

Crocodylus Niloticus. *Jac. mus. reg. part.* 1. *f.* 1. §. 75. *tab.* 7. *fig.* 75

Crocodylus. *Seb. thes. tom.* 1. *p.* 160. *tab.* 103. 104. *fig. omnes. Jonst. quadr. tab.* 79. *Aldr. quadr. p.* 677. *Charlet. exerc. p.* 29. *Gesner. quadr. p.* 9. *Ejusd. icon. quadr. p.* 54. *Rond. pisc. p.* 232. *Bellon. aquat. p.* 41. *Ejusd. portr. des Oyseaux. p.* 106. *Ejusd. Observat. lib.* 2. *cap.* 32. *Sloan. Jam. vol.* 2. *p.* 332. *Olear. mus. p.* 8. *tab.* 7. *fig.* 3. *Mus. Kircher. p.* 273. *tab.* 292. *fig.* 37. *Genev. cab. p.* 199. *n.* 13. *Matthiol. in Dioscor. l.* 2. *p.* 331. *Klein. quadr.* §. 50. *p.* 100. *Dalei Pharm. p.* 432. §. 6.

Surinaamse Krokodil. *Mirian. Surin. tab.* 69. *p.* 49.

Krokodil. *le Clercq. Schouwt. tom.* 2. *p.* 188. *tab. ad pag.* 153. *fig. J. ed. belg.*

1. *Caput* oblongum, depressum, ab oculis versus rostrum declive, a lateribus sensim in rostrum protractum, undique futuris atque rugis reticularibus inaequabile.

2. *Rostrum*

2. *Roſtrum* oblongum, depreſſum, acuminatum, ſubconiforme.

3. *Maxilla Inferior* ſuperiore parum brevior.

4. *Rictus* ingens.

5. *Dentes* in utriusque maxillae margine exteriore locati, & in unicam ſeriem utrinque diſpoſiti, longitudine inaequales, conici, ſtabiles, acutiſſimi, magni.

6. *Lingua* prorſus nulla, ſed ejus locum ſupplent muſculi maxillae inferioris admodum tumentes, & valvula elaſtica inter angulos maxillarum in fundo oris locata, gulam aperiens atque claudens.

7. *Oculi* magni, ovati, ſibi approximati, in ſupremi capitis lateribus ſiti.

8. *Palpebrae* ſuperiores parum elevatae, admodum in rugas contractae, hinc adſpectus torvus.

9. *Nares* elevatae, foraminibus lunulatis, corniculis retrorſum ſpectantibus inſtructae; ſitae in communi, permagno, admodumque elevato, globulo, qui in ſuperiore apice roſtri locatus cernitur.

10. *Collum* capite parum anguſtius, ſuperne rugoſum, quatuor vel quinque tuberculorum paribus inſtructum, inferne vero in octo ſegmenta ex oblongo-quadratis ſquamis conſtantia tectum.

11. *Truncus* a colli tuberculis usque ad caudam ſuperne tegitur octodecim ſegmentis transverſalibus, quae ex ſquamis ovalibus, carina elevata longitudinali inermique inſtructis, confectae ſunt: Pars vero inferior viginti quatuor ſegmentis ex ſquamis quadratis conſtantibus tegitur.

12. *Dorſum* convexum, latum.

13. *Anus* fiſſura longitudinali, rugis undique obtecta prominet.

14. *Cauda* longitudinem corporis aequans, ad exortum rotunda, verſus apicem paulatim compreſſior, ſegmentis in univerſum quadraginta duobus inſtructa. Horum octo anteriora caudam verſus dorſum lineis elevatis compreſſiusculis adornant; ſequentia autem quatuordecim utrinque in ſummis lateribus erigunt ſquamas triangulares, quae caudam utrinque faciunt criſtatam & ſerratam: Progreſſu hi Squamarum ordines ad invicem accedunt & conſtituunt caudae marginem dorſalem ancipitem, ſerratam, & quaſi pinnatam.

14. *Palmae* breves, in quinque digitos fiſſae, ſquamoſae, quorum interiores unguibus modice incurvatis ſunt inſtructi; *quartus* vero & *quintus* unguibus carent. *primus* ſeu *interior digitus* eſt breviſſimus, quem *ſecundus*, *quartus*, & *quintus* aequalem habentes longitudinem, magnitudine ſuperant; *tertius* autem omnium eſt maximus.

16. *Plantae* ſemipalmatae, tetradactylae, digitis tribus interioribus unguiculatis, extimo omnium digitorum longiſſimo ungue carente.

17. *Color* in dorſo & lateribus lividus, lineolis maculisque bruneis varius; in abdomine autem eſt albus.

18. *Locus*. Inhabitat flumina totius Indiae Orientalis, Occidentalis, atque Africae.

19. Noxium animal hominibus & animalibus inhians: Excreſcit quandoque ad longitudinem xxv pedum. *Curſus* ſi in recta via eſt, eſt velociſſimus, ſed in tortuoſa eſt tardus, quum inflexio corporis ei eſt difficillima. *Squamae dorſales* tempore adeo indureſcunt, ut globo ex ſclopeto emiſſo trajici non poſſint. *Abdomen* ſemper eſt molliuſculum.

SCINCUS. Lacertae ſpecies Linn. ſyſt. p. 36. G. 93.
Corpus quadrupes, imbricatim ſquamoſum.
Cauda conica, non verticillata, ſquamoſa.
Lingua lata, acuminata, integra.

48. SCINCUS pedibus pentadactylis, ungiculatis, digitis teretibus.

Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, ſquamis rotundatis, laeviſſimis, ſubgriſeis, lateralibus ſubfuſcis. *Balk. muſ. princ.* §. 21.

Scincus maximus fuſcus. *Klein. quadr. p.* 119. *Sloan. Jam. vol.* 2. *tab.* 273. *fig.* 3.

Scincus marinus americanus, cauda longa. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 11. *tab.* 10. *fig.* 4.

Scinculus marinus americanus. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 11. *t.* 10 *f.* 5.

Mabouya, ou Scinc. *du Teſtre hiſt. des Antill. tom.* 2. *p.* 314.

1. *Caput* craſſitudinem colli aequans, ſenſim ab antica parte in apicem producitur, ovatum, ſuperne convexo-planum, ſquamis majuſculis polygonis tectum.

2. *Maxilla Superior* ante inferiorem parum prominet.

3. *Dentes* in utrisque maxillis, parvi, aequales, conici, obtuſi utrinque unico ordine diſpoſiti.

4. *Lingua* acuminata, lata, carnoſa, baſi emarginata, apice attenuato integro.

5. *Rictus* mediocris.

6. *Nares* ſubrotundae, apertae, utrinque in apice roſtri ſitae.

7. *Oculi* in ſupremis capitis lateribus, medio fere inter aures & apicem roſtri. *Iris* fuſca. *Pupilla* nigricans.

8. *Aures* in mediis capitis lateribus foramine aperto ovali utrinque inſtructae.

9. *Collum* a capite aut trunco indiſtinctum.

10. *Corpus* oblongum, plagioplateum, fere quadratum, aequale, ac ſenſim ſenſimque verſus cau-

dam a capite gracileſcens.

11. *Dorſum* latum planum.

12. *Cauda* ex trunco continuata, a pedibus poſticis ſenſim in apicem gracileſcens, omnino conica, reliquo corpore multo longior.

13. *Anus* rima transverſali inſtructus.

14. *Pedes* quatuor, quorum crura ſubrotunda, & parumper inflata.

15. *Palmae* in quinque digitos fiſſæ, qui ſubrotundi, acuminati, unguibusque aduncis acutis inſtructi; horum *interior* ſeu *primus* eſt breviſſimus; *ſecundus* multo major; *tertius* & *quartus* ſibi pares ſecundo parum longiores; *quintus* vero ſecundo multo minor, & priore major.

16. *Plantae* etiam in quinque digitos, qui acuminati & unguiculati ſunt, finduntur: *Digitus primus* ſeu *exterior* eſt breviſſimus; *ſecundus* & *quartus* longitudine pares priore parum longiores, hosce *tertius*, & tertium *quartus* longitudine ſuperat.

17. *Squamae* rotundatae, ſtriatae, laeves, ſplendidae, totum corpus, pedes, collum, abdomen, & caudam ad apicem usque imbricatim tegentes.

18. *Color* ſubfuſcus, verſus inferiora albidior.

19. Inhabitat Surinamam.

Facillime cum *Scinco* Officinarum confundi poſſet; differentia autem inter duas haſce Species ex ſequentibus patebit.

49. SCINCUS pedibus pentadactylis, inermibus, digitis lobatis.

Lacerta cauda ſupreme cylindrica, mox attenuata, compreſſa, pedibus pentadactylis, digitis lobato-ſquamoſis. *Haſſelquiſt. act. upſ.* 1750. *p.* 30.

Lacerta cauda tereti, collo craſſitie capitis, pedibus pentadactylis ſquamoſis. *Sidren mat. med.* §. 34.

Lacerta maritima, maxima, ſive Crocodylus ex Arabia. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 112. *tab.* 105. *fig.* 3.

Lacerta Lybica, provinciae Mauritaniae, ſeu lacerta Dioſcoridis. *Imperat. hiſt. nat. p.* 897. *tab.* 906. *Edit. in quarto.*

Scincus major. *Muſ. Besler. tab.* 12. *fig.* 1.

Stincus. *Rondel. piſc.* 2. *p.* 231.

Scincus, Crocodylus terreſtris. *Geſn. quadr. ecun. p.* 56.

Scincus Aegyptiacus, Arabicus. *Klein. quadr. p.* 113.

Scincus. *Dalei pharm. p.* 432. *p.* 8.

Un Scinck. *Genev. cab. p.* 196. *n.* 7.

1. Quo ad externam *corporis Figuram* ſatis bene cum mox deſcripta Specie convenit, verum ab illa ſequentibus diſcrepat: videlicet

2. *Roſtrum* acutius.

3. *Dorſum* in acumen, ſeu in carinam per longitudinem dorſi a capite ad pedes poſteriores usque extenſam contractum

4. *Cauda* multo brevior quam in priore Specie, longitudinem corporis vix attingens, ad exortum ſubrotunda, in fine vero compreſſa; ſuperne ſquamis ſubrotundis, latis, imbricatis, ſubtus vero ſcutis transverſis eodem modo, ac in abdomine Serpentes armati ſunt, contecta.

5. *Pedes* marginati, lobati, unguibus nullis inſtructi, ſed eorum loco apices digitorum ſunt depreſſis lati, ſuperne convexi, interne concavi.

6. *Pedum Anteriorum digitus primus* ſeu *interior* eſt breviſſimus; *ſecundus* & *quintus* ſibi pares priore longiores, quos *tertius* & *quartus*, longitudine aequales, parumper ſuperant.

7. *Pedes Poſteriores* anterioribus parum longiores, etiam quinquefidi, quorum *digitus primus* ſeu *interior* minimus, *ſecundus* priore, & *tertius* ac *quartus* longitudine pares ſecundo, *quintusque* tertio longior eſt.

8. Inhabitat Aegyptum.

CHAMAELEON. Lacertae ſpecies. Linn. ſyſt. p. 39. Gen. 93.
Corpus quadrupes, non ſquamoſum.
Cauda conico-compreſſa, intorta, non verticillata.
Pedes unguibus deſtituti.
Lingua oblonga, ſubrotunda, extenſilis, retractilis, & vermiformis.

50. CHAMAELEON.

Chamaeleon major cinereus, cauda in ſpiram involutâ, pedibus pentadactylis unguiculatis, digitis duobus tribusve coadnatis & oppoſitis. *Browne. Jam. p.* 464. *n.* 1.

Lacerta cauda tereti, brevi, pedibus pendactylis, digitis duobus tribusve coadunatis. *Balk. muſ. princ. n.* 16. *Sund. Surin. Grill. n.* 19.

Chamaeleon. *Bellon. obſerv. lib.* 2. *cap.* 60. *Muſ. Besler. tab.* 12. *Valent. muſ. muſeor. l.* 3. *c.* 31. *german. Jacob. muſ. reg. part.* 1. *ſ.* 1. §. 84. *tab.* 7. *fig.* 84. *Olear. muſ. p.* 9. *tab.* 8. *fig.* 3. *Matthiol. in Dioſc. l.* 2. *p.* 332. *Jonſt. quadr. tab.* 79. *Genev. cab. p.* 196. *n.* 9. *Muſ. Kircher. p.* 275. *tab.* 293. *fig.* 44. *Valent. Ind. Litter. p.* 342. *Anonymi deſcr. anatom. &c. p.* 1. *Blaſ. anat. p.* 56. *c.* 12. *tab.* 14. & 15. *Dalei pharm. p.* 432. §. 9.

Camaeleon d'Arabie. *Bellon. portr. des Oyſeaux p.* 108.

Chamae-

Chamaeleo Mexicanus seu Cuapapalcatl *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 132. *tab.* 82. *fig.* 1.

Camaeleo Orientalis ex Amboina. *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 133. *tab.* 82. *fig.* 2.

Chamaeleo ex Africa colore nigricante, at pectine albo supra dorsum decoratus. *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 134. *tab.* 83. *fig.* 4.

Camaeleo Ceylonicus subcrocei coloris. *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 133. *tab.* 82. *fig.* 3. *Klein. quadr. p.* 116.

Camaeleo pusillus Amboinensis. *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 134. *tab.* 82. *fig.* 4. & 5.

Camaeleo Promontorii bonae spei coeruleo, alboque colore marmoris instar variegatus. *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 135. *tab.* 83. *fig.* 2. *Klein. quadr. p.* 116.

Camaeleo *Parisiensium* Aegyptiacus, spina dorsi tuberosa. *Klein. quadr.* §. 55. *p.* 115.

Camaeleo Capensis dorso serrato. *Petiv. Gazoph. tab.* 58. *fig.* 11.

1. *Caput* parvum, superne longitudinaliter sinuatum, ab oculis ad os valde declive, utrinque in summis lateribus *carina*, ab oculorum orbitis superioribus versus os tendente, instructum. In lateribus est convexo-planum. *Occiput* a trunco distinctum est & eminens, postice in angulum acutum excurrens, superne sinu profundo excavatum.

2. *Oculi* magni, subrotudi, convexi, utrinque in summis lateribus siti.

3. *Palpebrae* oculorum undique punctis callosis sunt obsitae.

4. *Narium* foramina parva, in apice rostri sita.

5. *Rostrum* breve, acutiusculum.

6. *Maxillae* aequales, edentulae.

7. *Lingua* oblonga, tenuis, subrotunda, lumbriciformis, extensilis, & retractilis.

8. *Rictus* ampliſſimus.

9. *Corpus* cathetoplateum. *Dorsum* carinatum, curvatum, seu gibbosum. *Abdomen* convexum.

10. *Anus* rima transversali instructus.

11. *Cauda* teres, modice compressa, corporis longitudine minor, versus inferiora incurvata, qua proxima apprehendit, tanquam manu adminicula.

12. *Pedes* quatuor, pendactyli, unguibus nullis instructi.

13. *Palmae Digiti tres anteriores* omnino sunt concreti, uti & *bini exteriores*, qui etiam sunt concreti.

14. *Plantarum digiti tres exteriores* omnino sunt concreti, uti & *bini interiores*, qui etiam sunt coaliti, contraria plane ratione ac in Palmis.

15. *Crista* in corpore nulla, sed carina dorsalis atque sututa abdominalis squamis conicis erectis sunt instructae.

16. *Squamae* in toto corpore nullae, sed tubercula prominula undique caput, pedes, totum truncum, & caudam tegunt.

17. *Vivit* insectis; quapropter Indi eum facile tolerant in suis habitaculis, ut insecta nociva devastaret.

18. *Color* cinereus.

19. Habitat in Arbutis umbrosis & humidiusculis ubicumque in India Orientali & Africa.

SALAMANDRA. Klein. quadr. 110. Lacertae Salamandrinae, Klein. quadr. 109.
Gekko. Klein. quadr. p. 112. Lacertae species. Linn. Syst. p. 36. Gen. 93.
Corpus quadrupes, caudatum.
Cauda conica, vel anceps, non verticillata.
Squamae in quibusdam Speciebus nullae, in aliis vero parvae.
Lingua lata, indivisa.

51. SALAMANDRA alepidota, verrucosa, cauda ancipiti, pedibus inermibus fissis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.

Lacerta pedibus inermibus fissis, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda ancipiti. *Linn. faun. Suec. n.* 256.

Lacerta aquatica major, mas, s. verrucis albis adsperſa, membranula serrata in dorso exstante. *Petiv. mus.* 18. *n.* 111.

Lacerta aquatica major, fœmina, s. verrucis albis adsperſa, dorso plano. *Petiv. ibid.*

Lacerta Americana. *Seb. thes. tom.* 1. *p.* 141. *tab.* 89. *fig.* 4, 5.

Salamandra aquatica. *Charlet. onom.* 28. *Raj. quadr.* 273. *Dale pharm. p.* 433. §. 11.

Lacertus aquaticus officinarum. *Dalei Loc. cit.*

1. *Corpus* subfuscum, undique papillis prominentibus, quae in lateribus albidi sunt coloris, obsitum.

2. *Caput* latitudinem colli aequans, rotundum, superne planum.

3. *Maxillae* aequales, latae, dentibus parvis instructae.

4. *Rictus oris* mediocris.

5. *Rostrum* obtusum, rotundatum.

6. *Dorsum* latum, a capite ad caudae usque initium sinu instructum.

7. *Abdomen* croceo colore tinctum, fusco-maculosum.

8. *Cauda* longitudinem corporis fere aequans, compressa, anceps, acie superne instructa.

9. *Pedes anteriores* breves, tetradactyli, inermes; horum *Digitus primus* seu *interior*, & *quartus* seu *exterior* aequalem habent longitudinem, quos *secundus* & *tertius*, longitudine etiam pares, magnitudine multo superant.

10. *Pedes Posteriores* breves, pentadactyli, lon-

ge ab anterioribus remoti, inermes; horum *primus* & *quintus* longitudine pares, omniumque digitorum ſunt minimi, his *ſecundus* & *quartus*, ſibi pares, paulo ſunt longiores; *medius* ſeu *tertius* omnium digitorum eſt longiſſimus.

11. *Anus* rima transverſali inſtructus, poſt pedes poſteriores ſitus. Sub ano alia Rima longitudinalis, generationi forte dicata, prominet.

12. Inhabitat ſtagna Hollandiae.

52. SALAMANDRA alepidota, cauda teretiuſcula, pedibus inermibus fiſſis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.

Lacerta pedibus inermibus fiſſis, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, cuuda teretiuscula. *Linn. faun. Suec. n.* 257.

Lacerta pedibus inermibus, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore livido, linea dorſali fuſca duplici. *Linn. faun. Suec. n.* 254.

Lacerta cauda tereti, pedibus muticis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis. *Linn. Syſt. nat. Ed.* 6. *p.* 36. *Gen.* 93. *n.* 8.

Lacerta aquatica minor, mas, ſ. laevis, lituris nigris adſperſa. *Petiv. muſ.* 18. *n.* 113.

Lacerta aquatica minor, foemina, ſ. laevis, flaveſcens. *Petiv. ibid.*

Salamandra Ceilonica minor, prona, aquatica *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 15. *tab.* 12. *fig.* 7.

1. *Figura Corporis externa* omnino cum praecedente convenit.

2. *Color* in corpore eſt lividus, & in dorſo utrinque duae lineae longitudinales fuſcae. Praeter haſce lineas corpus nigris minutiſſimisque maculis hic illic eſt adſperſum.

3. *Cauda* longitudinem corporis fere aequat, craſſiuſcula, fere quadrata, ſenſimque fit contractior verſus apicem.

4. Vulgare animal in noſtris hortis, ſed praecipue in locis paludoſis, & ſtagnis.

53. SALAMANDRA ſquamoſa, & verrucoſa, pedibus pentadactylis, digitis utrinque criſtatis, ſubtus lunulato-imbricatis.

Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, digitis utrinque criſtatis, ſubtus lunulato-imbricatis, corpore verrucoſo. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 19. *Balk. muſ. princ. n.* 17.

Lacerta Ceilonica maculis albis & nigris notata. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 32. *tab.* 32. *fig.* 3.?

Lacerta Indica, ſquamis & verrucis rotundis, digitis latis interne rugoſis. *Petiv. muſ. p.* 19. *n.* 118.

Salamandra indica. *Bont. Ind. Orient. p.* 57.

Salamandra vera, ſeu Gecko Ceylonicus maximus, cauda brevi, amphibius. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 170. & 171. *tab.* 168. *fig.* 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8.

Salamandra, ſeu Jecco. *Valent. Ind. litt. p.* 342.

Gekko Ceylonicus. *Klein. quadr. p.* 112.

Le petit Lezard-gris & moucheté. *Edwards hiſt. of Birds. tab.* 204. *p.* 204.

1. *Caput* ovatum, magnum, corpore latius, ſubtus convexo-planum, inter oculos ſulco inſtructum, antice in roſtrum ſubacutum contractum.

2. *Maxilla inferior* ante ſuperiorem parumper prominet.

3. *Os* permagnum.

4. *Dentes* minimi, in utrisque maxillis.

5. *Lingua* lata, carnoſa, verſus apicem attenuata.

6. *Nares* utrinque in ſummo roſtro ſitae.

7. *Oculi* permagni in lateribus capitis ſiti, anteriora ſpectantes, medio inter apicem roſtri & aures ſiti.

8. *Aurium foramina* magna, oblonga, oblique ſita, in extremis capitis lateralibus conſpicua.

9. *Collum* capite atque trunco multo anguſtius, perbreve.

10. *Dorſum* convexum, latum, ſuperne verrucis parvis, quae ſitu lineas, longitudinaliter a capite ad medium usque caudae extenſas, conſtituunt, inſtructum.

11. *Abdomen* convexo-planum.

12. *Anus* rima transverſali prominet.

13. *Cauda* longitudine corporis parum minor, craſſa; verſus apicem ſenſim craſſitudo decreſcit, ſubrotunda, ſquamis verticillos nullos regulares efformantibus inſtructa, unde numerus verticillorum, vel ſquamarum ſeries determinari nequeunt.

14. *Pedes* quatuor, breves, obtuſiuſculi, pentadactyli, unguiculati, horum *Digiti* lati, lateraliter membrana aucti, longitudine omnes ferme aequales, ſubtus convexi, pulcherrime ſegmentis incurvatis imbricati.

15. *Squamae* rotundae, ſeu potius quodammodo hexangulares, parvae, laeves, aequales, totum corpus a roſtro usque ad apicem caudae, nec non totos pedes imbricatim denſeque obtegunt.

16. *Color* parumper rufeſcens, maculis ſubrotundis albidis in capite, dorſo, atque cauda conſpicuis pulcre varius. Caeterum tota inferior capitis, abdominis, pedum, & caudae pars albeſcit.

54. SA-

54. SALAMANDRA corpore nudo, laevi, manibus tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda longiuscula ancipiti.

1. Quo ad Longitudinem & Proportionem corporis, ejusque partium cum Specie LII convenit.

2. *Caput* oblongo-ovatum, superne depressum, antice convexo-acutum, parum contractius, in lateribus planum.

3. *Oculi* in lateribus supra angulos oris siti, oblongi, versus anteriora spectantes.

4. *Nares* in apice rostri utrinque unico minimo foramine pertusae.

5. *Maxilla superior* longior immobilis.

6. *Oris rictus* ampliſſimus.

7. *Dentes* plurimis seriebus in utrisque maxillis dispositi, minimi, granuloso-acuminati, microscopio tantum conspicui.

8. *Lingua* subrotunda, crassa, palato inferiori alligata.

9. *Corpus* oblongiusculum, ovatum, medio inter pedes anticos & posticos crassissimum, alepidotum, laeve.

10. *Dorsum* contractius.

11. *Cauda* longitudinem corporis aequans, compressa, alepidota anceps, aequalis.

12. *Pedes* inermes, fissi, quorum Anteriores tetradactyli, & Posteriores pentadactyli.

13. *Color* superne subobscurus nigricans, subtus albidior.

14. Patria incerta.

CORDYLUS. Klein. quadr. p. 113. Lacertae Species. Linn. Syst. p. 36. Gen. 93.
Corpus quadrupes, caudatum, alte squamosum.
Cauda conica, verticillata.
Pedes pentadactyli, unguiculati.
Lingua carnosa, apice rotundato instructa, hinc indivisa.

55. CORDYLUS.

Lacerta cauda verticillata, squamis denticulata, pedibus pentadactylis. *Hast. Amphib. Gyllenb. n.* 18. *Balk. Mus. princ. n.* 18.

Lacerta Africana, cauda spinosa, foemella. *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 136. *tab.* 84. *fig.* 4.

Lacertus subfuscus. *Raj. Synops. quodr. p.* 263. *Klein. Quadr. p.* 113.

Lacerta Capensis alte squamosa. *Petiv. Gazoph. tab.* 58. *fig.* 12.

Lacerta nigra africana. *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 62. *tab.* 62. *fig.* 5.

Lizzard. *Tournef. voyag. p.* 240. *vol.* 1. *Ed. Londin.*

1. *Caput* plagioplateum, cordatum, depressum, subtus planum, antice in rostrum acutum contractum, admodum rugosum, scutis variis instructum, collo parum latius.

2. *Os* satis magnum, denticulatum.

3. *Nares* parvae, utrinque in apice rostri.

4. *Oculi* rostro paulo propiores, quam auribus.

5. *Aurium foramina* pone caput parva, patula.

6. *Dentes* minimi, acuti, plurimi in utrisque maxillis.

7. *Lingua* integra, carnosa, apice rotundato instructa, libera. Cl. Seba *Linguam* bifidam depinxit *vol.* 2. *tab.* 62. utrum in quibusdam lingua apice bifido sit instructa & in aliis Speciminibus ea sit integra, aliis examinandum relinquo. Ego attamen in tribus diversis Speciminibus integram inveni linguam.

8. *Squamae* carinatae, & acutae; in dorso vero non sunt carinatae, aut dentatae, sed truncatae; hinc latera Squamis acuminatis horrida. In gutture sunt parvae, inermes, rotundatae, imbricatim sitae.

9. *Dorsum* planum. *Latera* convexa. *Abdominens* prominens.

10. *Cauda* longitudinem corporis aequans, verticillis XX, XXI, vel XXII, quae ex squamis ovatis, carina prominentissima, & acutissima longitudinali instructis, confectae sunt, circumdata.

11. *Pedes anteriores* in quinque digitos squamosos, & unguiculatos alte fissi, quorum *primus* seu *interior* est minimus, *secundus* & *quintus*, longitudine ambo aequales, priore longiores, hos superant *tertius* atque *quartus*, qui itidem longitudine pares sunt.

12. *Pedes posteriores* in quinque finduntur digitos, qui unguiculati & squamosi sunt; horum *primus* seu *exterior* est breviſſimus, *secundus* & *quintus*, longitudine pares, priore paulo sunt longiores, hos *tertius* & *quartus* pares longitudine superant.

13. *Tibiae* & *Femora* rotundata, squamisque acuminatis imbricata.

14. *Color* totius animalis plerumque ex cinereolividus. Cauda ad bruneum quodammodo colorem virgit. Venter dorso albidior.

15. Inhabitat Africam & Asiam.

LACERTA. Linn. Syſt. p. 36. Gen. 93. Lacertus. Klein. quadr. p. 101.
Animal quadrupes, caudatum.
Cauda conica, elongata, verticillata.
Pedes pentadactyli, unguiculati.
Lingua bifida.

56. LACERTA cauda tereti, corpore triplo longiore, ſquamis laeviſſimis, abdominalibus oblongo-quadratis.

Lacerta africana ſubruffa. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 63. *tab.* 63. *fig.* 4.

Lacerta major cinerea maculata. *Browne Jam. pag.* 462. *N.* 2.

The great ſpotted Lizard. *Edwards. hiſt. of Birds. tab.* 203.

Tejuguacu & Temapara Tupinambis. *Marcgr. Braſ. lib.* VI. *cap.* 12. *p.* 237.

Lacerta Surinamenſis, dorſo dilute coeruleo, cauda tenui, longiori. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 139. *tab.* 88. *fig.* 1.

Lacertus major cinereus maculatus. *Sloan. Jam. vol.* 2. *p.* 333. *tab.* 273. *fig.* 3. *accuratiſſima.*

Anolis. *Labat. voy. vol.* 1. *tab. ad pag.* 315. *& tom.* 4. *p.* 21. *Du Tertre Hiſt. d' Antill. tom.* 2. *p.* 312.

1. *Caput* longum, antice acuminatum, ſuperne laeviter convexum, ſquamis tum hexagonis, tum pentagonis tectum.

2. *Os* magnum.

3. *Maxillae* aequales, laeves.

4. *Lingua* bifida.

5. *Cutis* ad gulam laxiſſima, rugas transverſas efformans.

6. *Nares* in apice roſtri ſitae, ovatae, longitudinaliter poſitae.

7. *Oculi* magni, ſuperne parum prominentes, in anteriora ſpectantes, auribus quam roſtro paulo propiores.

8. *Aures* in extremo capite utrinque ſitae, magnae, excavatae, ſquama ſubrotunda tectae.

9. *Dorſum* & *Latera* lata, parum convexa, innumeris tenuiſſimarum ſquamarum ordinibus transverſaliter tecta.

10. *Venter* convexus, prominens, in triginta & unum ſegmenta transverſalia, quae iterum longitudinaliter in octo partes diſſecantur, diſtinctus.

11. *Crura* palmarum plantarumque ſubrotunda, parum inflata.

12. *Pedes Anteriores* in quinque digitos tenues ſunt ſiſſi, qui ungubus oblongis modice incurvatis ſunt inſtructi, & qui ab interiore parte ſquamis ſcabris ſunt obſiti; Horum *primus* cum *quinto* eandem longitudinem habet, *ſecundus* & *quartus*, ſibi longitudine pares, prioribus parum longiores; *tertius* vero omnium eſt longiſſimus.

13. *Pedes Poſteriores* pentadactyli anterioribus multo longiores, unguibus vix aduncis, & ab interiore parte ſquamis ſcabris inſtructi: Digitorum *primus* ſeu *extimus* omnium eſt breviſſimus. *ſecundus* omnium longiſſimus & priore ſexies longior; *tertius* ſecundo, *quartus* tertio, & *quintus* quarto paulo brevior eſt.

14. *Anus* rima transverſali poſt pedes poſteriores ſita inſtructus.

15. *Squamae* lineari ac transverſali ordine in dorſo ſitae, minimae, ſubrotundae, non niſi oculo armato diſcernendae: quales & ſunt, quae latera, cruraque pedum obtegunt; in ventre vero, ac in cauda ſunt oblongo-quadratae.

16. *Cauda* reliquo corpore triplo longior, ſenſim ſenſimque in tenuiſſimum apicem exiens, verticillis, ex quadratis ſquamis conſtatis, centum & triginta circiter tecta.

17. *Color.* Caput ſuperne ac in lateribus eſt ex albido-bruneum, maculis nigricantibus hic illic adſperſum. Truncus ſuperne a capite ad finem usque caudae notatus eſt faſcia lata longitudinali, leviter vireſcenti, cui utrinque ad margineo, adeſt linea longitudinalis anguſtiſſima albido-coerulescens: hanc utrinque comitatur linea latiſſima, per longitudinem a capite ad caudam usque extenſa, atroque colore infecta, maculisque minutiſſimis albidis hic illic variegata; huic lineae terminos utrinque imponit anguſtiſſima & albicans linea; reliqua vero latera nigris maculis denſe ſunt conſperſa, & ſenſim albidiora evadunt, quo magis verſus abdomen vergunt.

18. Inhabitat Surinamam.

57. LACERTA caudâ corpore parum longiore, ſquamis laeviſſimis, abdominalibus oblongo-quadratis.

Lacerta cauda tereti verticillata longitudine corporis, pedibus pentadactylis unguiculatis. *Linn. fann. Suec. n.* 1352.

Lacertus vulgaris, ventre nigro maculato. *Raj. quadr.* 264.

Lacerta. *Jonſt. quadr. tab.* 76. *fig. ſuprema.*

Lacer-

Lacertulae indigenae virides. *Seb. thef. vol.* 2. *p.* 6. *tab.* 4. *fig.* 4. 5.

Lacerta minor maculata indigena. *Seb. thef. Vol.* 2. *p.* 84. *tab.* 79. *fig.* 4.

1. *Caput* in antecedente Specie, ſuperne lividi coloris.

2. *Corpus* coeruleo-cinereum, albisque punctis in dorſo longitudinaliter, in lateribus vero, ventre ac cauda ſparſim variegatum.

3. *Venter* parum prominens, ordinibus ſex longitudinalibus ſquamarum quadratarum tectus; ſingulus ordo ex viginti ſex ſquamis conſtat.

4. *Squamae* in dorſo & lateribus minimae, ovatae, transverſas lineolas efficientes.

5. *Anus* rima transverſali poſt pedes poſteriores inſtructus.

6. *Cauda* longitudinem corporis parum ſuperans, ſenſim ſenſimque verſus apicem tenuior evadit, & ſquamis angulatis acuminatis & in verticillos quinquaginta digeſtis tegitur.

7. *Pedes Anteriores* quinquefidi, unguibus acutis inſtructi. *Digitus interior* ſeu *primus* cum *quinto* fere eandem obtinet longitudinem; *ſecundus* priore duplo longior eſt, hunc *tertius* atque *quartus*, qui ambo aequalem habent longitudinem, magnitudine parum ſuperant.

8. *Pedes Poſteriores* itidem pentadactyli, unguibus acutis aduncis armati, horum *digitus primus* ſeu *exterior* eſt minimus; *ſecundus* cum *quinto*, qui pares ſunt magnitudine, priorem longitudine ſuperant, hos *tertius*, & tertium denique *quartus* longitudine praecedit.

9. *Color* cineraſcens, albis nigrisque maculis pulcre varius; dorſum utrinque linea longitudinali albida diſtinctum.

10. Inhabitat loca noſtra arenoſa.

58. LACERTA caudâ tereti, corpore parum longiore, ſquamis laeviſſimis; abdominalibus ſubquadratis; minimis.

Lacerta Tecuixin minor, ſeu Tejuguacu novae Hiſpaniae. *Seb. thef. vol.* 1. *p.* 150. *tab.* 96. *fig.* 1. 2.

Lacerta Tejuguacu, ſeu Texixincoyotl, ſeu Tecuixim ſimpliciter dicta, maxima. *Seb. thef. vol.* 1. *p.* 151. *tab.* 96. *fig.* 3.

Lacerta Mexicana Cutezpallin dicta innocua elegantiſſima. *Seb. thef. vol.* 1. *p.* 153. *tab.* 97. *fig.* 5.

Lacerta mexicana. *Seb. thef. vol.* 2. *p.* 31. *tab.* 30. *fig.* 2.

Lacerta eximia Ceilonica; tigridis inſtar maculata. *Seb. thef. vol.* 2. *p.* 49. *tab.* 49. *fig.* 2.

Lacertus Americanus Amphibius Tupinambis dictus. *Seb. thef. vol.* 2. *p.* 91. *tab.* 86. *fig.* 2.

Sauvegard. *Merian. Surin. tab.* 4. *pag.* 4. & *tab.* 70. *pag.* 49.

1. *Caput* oblongum, antice productum in *Roſtrum* elongatum, acuminatum, ſuperne convexo-planum, ſquamis irregularibus, tum hexagonis, tum pentagonis tectum.

2. *Os* magnum. *Rictus* ampliſſimus.

3. *Maxillae* inaequales, quarum ſuperior inferiore parum brevior.

4. *Lingua* oblonga, bifida.

5. *Nares* utrinque in ſummis lateribus roſtri ſitae, foramine ovali utrinque inſtructae.

6. *Dentes* in utrisque maxillis acutiſſimi, aequales.

7. *Oculi* mediocres, vix prominentes, verſus anteriora ſpectantes, medio fere inter nares & aures in ſummis capitis lateribus ſiti.

8. *Aures* magnae, concavae, nudae, Squama ſubrotunda, quae in centro foramine ovali pertuſa eſt, inſtructae.

9. *Collum* capite parum tenuius, breve.

10. *Dorſum* & *Latera* convexa, innumeris tenuiſſimarum ſquamarum ordinibus, qui in abdomine multo ſunt diſtinctiores, & ex quadratis ſquamis confecti ſunt.

11. *Anus* rima transverſali prominens.

12. *Cauda* ſubrotunda, ſenſim in tenuiſſimum apicem abiens, corpore parum longior, verticillis, quae ex quadratis ſquamis conſtant, centum & decem inſtructa. Horum ſingula in parte dorſali transverſaliter in duo ſegmenta diſſecantur, hinc in caudae parte ſuperiore ducenti & viginti ſquamarum ordines obſervantur.

13. *Pedes* quatuor, in quinque digitos fiſſi, ſquamoſi, unguibus acuminatis, compreſſis, incurvatis armati.

13. *Palmae Digitus primus* ſeu *interior* & *quintus* longitudine pares, reliquis digitis duplo minores. *Secundus* & *quartus* aequales, hos *tertius* ſeu *medius* longitudine parum ſuperat.

15. *Plantae Digitus primus* ſeu *exterior* omnium breviſſimus, *ſecundus* omnium maximus, *tertius* ſecundo, *quartus* tertio, & *quintus* quarto gradatim brevior.

16. *Squamae* in toto corpore glabrae.

17. *Color* ſuperne in capite eſt fuſcus, in lateribus, & in infima eorum parte albus. Caput nigris maculis eſt intermixtum: Corpus ſuperne eſt nigrum, lineolis punctisque transverſalibus, & quandoque longitudinalibus ac ſinuoſis albidis pulcherrime varium. Abdomen eſt albidum nigro-maculatum. Cauda annulis latis albidis nigrisque variegata.

18. Inhabitat ſylvas Surinamenſes; in quibus ad viginti & ultra pedum longitudinem excreſcit; homines nunquam infeſtans, ſed avium ovis, demortuorumque animantium cadaveribus vitam ſuſtentat.

59. LACERTA cauda corpore longiore, ſquamis omnibus, exceptis dorſalibus longitudinaliter carinatis, aculeatis.

1. Cum mox praecedente quo ad formam externam ſatis bene convenit.

2. *Collum* breve, latitudinem capitis corporisque adaequans.

3. *Dorſum* & *Latera* convexo-plana, ſquamis minutiſſimis irregulari ordine ſitis tecta.

4. *Abdomen* parum prominens, ſquamarum quam plurimis transverſalibus ordinibus tectum.

5. *Cauda* teres, longiuſcula, ſenſim verſus apicem tenuior, ſubrotunda, longitudinem corporis multo ſuperans, Verticillis, quae ex quadratis ſquamis conſtant, circumdata. Numerum vero verticillorum, quum cauda mutilata ſuit, determinare non potui.

6. *Squamae* in dorſo & lateribus minimae, glabrae, viſum fere fugientes. Verſus caudam ſunt parum majores; in abdomine, pedibus, & cauda ſunt truncatae & quadratae, ſituque ſegmenta varia conſtituunt; in media ſingula ſquama cernitur elevata, acutiſſima, ac compreſſa carina, unde abdomen & cauda lineolis elevatis ſunt aculeata & quaſi reticulata.

7. *Pedes*, *eorumque partes* omnino cum mox praecedente Specie conveniunt.

8. *Color* ſuperne & in lateribus a roſtro ad initium usque caudae eſt ſubfuſcus, in medio dorſo a roſtro procurrit linea longitudinalis lata albeſcens, quae verſus caudam ſenſim evaneſcit. In ſummis lateribus utrinque ab oculorum fine usque ad pedes poſteriores longitudinaliter extenſa cernitur linea albeſcens anguſtiſſima, hanc ilico ſubſequitur linea lata nigricans, cui linea alba iterum terminos imponit. Caeterum abdomen & caput inferius cineritii eſt coloris, ſplendore aureo quodammodo variegati. Cauda eſt cinerea nigris transverſalibus maculis varia. Pedes poſteriores ſunt ſubbrunei & nigris maculis variegati.

9. Inhabitat Surinamam.

IGUANA. Lacertae Species. Linn. Syſt. p. 36. Gen. 93. & Klein. quadr. 107.
Corpus minutiſſime ſquamoſum; ſuperne in dorſo, in capite, vel ad gulam, vel in utrisque ſimul appendicula cute, nunc ſerrata, nunc integra quandoque inſtructum.
Pedes pentadactyli, unguiculati.
Cauda nunc cylindrica, nunc anceps.
Lingua integra, lata.

60. IGUANA cauda tereti, longa, cylindrica, criſta gulae pendula antice dentata, ſutura dorſali denticulata.

Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, criſta gulae pendula antice dentata, dorſi ſutura denticulata. *Balk. muſ. princ. n.* 12.

Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, criſta dorſi longitudinali, gulae pendula antice dentata. *Haſt. Amph. Gyllenb. n.* 11.

Lacerta cauda tereti longa, pedibus pentadactylis, criſta gulae dentata, ſutura dorſali denticulata. *Linn. ſyſt. nat. p.* 36. *Gen.* 93. *n.* 10.

Lacerta, ſeu Leguana Surinamenſis pectinata & ſtrumoſa coerulea, foemina. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 149. *tab.* 95. *fig.* 2. *Klein. quadr.* §. 52. *pag.* 107.

Lacertus Americanus pectinatus & ſtrumoſus, Leguana, ſeu Iguana. *Seb. ibid. fig.* 1. *Klein. ibid.* §. 52. *p.* 107.

Leguana pectinata & ſtrumoſa Aſiatica. *Seb. ibid. p.* 151. *tab.* 96. *fig.* 4. *Klein. quadr.* §. 52. *pag.* 107.

Leguana Senembi in nova Hiſpania Tamacolin dicta; pectinata & ſtrumoſa. *Seb. ibid. p.* 152. *tab.* 97. *fig.* 3. *Klein. quadr.* §. 52. *pag.* 107.

Lacertus Amboinenſis pectinatus & ſtrumoſus maximus, Senembi & Iguana dictus, amphibius. *Seb. ibid. p.* 153. *tab.* 98. *fig.* 1.

Lacertus indicus Senembi & Iguana dictus *Raj. quadr. p.* 265. *Sloan. Jam. vol.* 2. *p.* 333. *Catesb. hiſt. nat. vol.* 2. *tab.* 64. *p.* 64.

Senembi & Iguana. *Marcgr. braſil. pag.* 236. *tab.* 236.

Lacerta vulgo Leguan dicta. *Bont. ind. Orient. pag.* 56. *tab.* 56.

Yvana. *Olear. muſ. p.* 6. *tab.* 6. *fig.* 1. *& p.* 8. *tab.* 7. *fig.* 2.

Yvana Lacerti genus. *Clus. exot. lib.* 1. *p.* 116.

Yvana, ſeu Iguana. *Worm. muſ. p.* 313.

Iguane. *Rhedi experim. pag.* 100. *tab.* 101.

1. *Caput* parvum, cathetoplateum, antice parumper protractum, ſuperne inter oculos ſinu longitudinali lato inſtructum, & callo undique obtectum.

2. *Roſtrum* parvum, acuminatum.

3. *Nares* prominentes, teretes, utrinque in lateribus roſtri ſitae.

4. *Oculi* non admodum magni, in lateribus capitis ſiti, anteriora verſus ſpectantes.

5. *Maxillae* aequales.

6. *Aures*

6. *Aures* magnae, rotundatae, excavatae, ſquama tectae, in mediis capitis lateribus poſt oculos ſitae.

7. *Collum* perbreve, capite tenuius, cute laxa & plicata tectum, verſus dorſum variis verrucarum minimarum ordinibus utrinque inſtructum.

8. *Dorſum* latum, convexum.

9. *Latera* abdominis convexa, prominentia.

10. *Venter* convexo-planus.

11. *Anus* rima oblonga transverſali inſtructus.

12. *Cauda* corpore duplo longior, conica, teres, ſegmentis innumerabilibus indiſtinguibilibusque inſtructa.

13. *Pedes* quatuor, ſatis longi, pentadactyli, unguibus acutis, compreſſis, & incurvatis inſtructi.

14. *Palmarum digitus primus* ſeu *extimus* eſt breviſſimus; *ſecundus* & *quintus* aequales, priore longiores; *tertius* & *quartus*, inter ſe fere aequales, ſecundum & quintum longitudine ſuperant.

15. *Plantarum digitus primus* ſeu *intimus* eſt breviſſimus, hunc *ſecundus* & *quintus*, qui longitudine pares ſunt, magnitudine ſuperant, his *tertius*, & tertio *quartus* longior eſt.

16. *Criſta* a fine capitis ad extremum usque caudae longitudinaliter in medio dorſo & in ſupina caudae parte prominet, denticulis compreſſis ancipitibus, erectis, recurvis, pluribus quam ter centis inſtructa.

Praeter hancce dependet ſub gula alia adhuc criſta membranacea, quae a parte anteriore quindecim denticulis eſt ſerrata, & a poſtica parte integra.

17. *Squamae* minimae, ovatae, convexae, innumera ſegmenta conſtituentes, in dorſo praecipue & cauda propter exiguitatem vix diſtinguibiles, in infima vero corporis parte multo ſunt majores, & longe diſtinctiores.

18. *Color* in ſupremo corpore eſt ex nigro coeruleſcens, lituris albido-coeruleis interſtinctus. In brachiis autem, femoribus, abdomine & cauda eſt variegatus.

19. Inhabitat frequentiſſime Surinamam.

61. IGUANA cauda longiſſima tereti conica, criſta dorſali vel gulae nulla.

Lacerta Chalcidica marmorata ex Gallaecia. *Seb. theſ. vol. 2. p. 79. tab. 76. fig. 4?* Quo ad colorem & formam Cl. Sebae icon cum noſtro ſpecimine optime convenit, ſed obſtat *Lingua*, quae *bifida* eſt in icone, at *integra* in ſubjecto.

1. *Caput* parvum, ovatum, fere plagioplateum, antice in apicem acuminatum contractum, ſuperne planum, ſquamis polygonis parvis majoribusque ſcabrum. Latera ejus ſuperiora utrinque in aciem acutam contrahuntur.

2. *Os* latum, dentibus inſtructum acutiusculis.

3. *Nares* foramine rotundo utrinque inſtructae, in lateribus roſtri ſitae, roſtri apici paulo propiores quam oculis.

4. *Oculi* rotundati, magni.

5. *Collum* breve, capite parum anguſtius.

6. *Truncus* oblongus, macilentus, compreſſus.

7. *Cauda* conica, trunco duplo longior, tenuiſſima, verſus truncum parum cathetoplatea.

8. *Anus* rima transverſali poſt pedes poſteriores inſtructus.

9. *Pedes* ut in mox praecedente.

10. *Criſta* in toto corpore nulla.

11. *Squamae* minimae, quadratae, inermes, imbricatae in trunco, pedibus, & capite. In abdomine vero ſegmenta varia conſtituunt. Caudales autem ſunt ovatae & apice elevato inſtructae, ita diſpoſitae, ut lineae elevatae per longitudinem caudae efformentur, hinc cauda quodammodo eſt anguloſa.

12. *Color* ſuperne in capite, dorſo, cauda, & pedibus eſt ſubruber, maculis nigris, albidis, viridibusque indeterminatis varius; ſubtus vero albescit.

13. Inhabitat Surinamam.

62. IGUANA cauda longiſſima tereti conica, dorſo tantum criſtato.

1. *Caput* quo ad formam cum praecedente ſatis bene convenit, ſed parum brevius.

2. *Os*, *Nares*, *Oculi*, *Dentes*, *Lingua*, ut in antecedente Specie.

3. *Collum* perbreve, capite vix tenuius.

4. *Dorſum* in acumen contractum, rectum.

5. *Criſta* humilis, a fine capitis per dorſum usque ad os ſacrum extenditur, ex parvulis membranaceis ovato-lanceolatis ſquamis conſtructa: Haec quo magis a capite recedit verſus poſteriora, eo humilior evadit, donec tandem omnino deletur & evaneſcit.

6. *Pedes* quatuor, pentadactyli, unguiculati ut in Congeneribus.

7. *Palmarum digitus primus* ſeu *interior* eſt breviſſimus, *ſecundus* & *quintus* pares huic breviores; *tertius* & *quartus* ſibi pares omnium longiſſimi.

8. *Plantarum digitus primus* ſeu *interior* breviſſimus ſatis longus, hunc *ſecundus*, ſecundum *tertius*, tertium *quartus* longitudine ſuperat, *quintus* autem ſecundo minor, & priore major.

9. *Cauda* longiſſima, ut in mox praecedente.

10. *Brachia* & *Crura* oblonga, tenuia, cylindracea.

11. *Squamae* parvae, ovato-acuminatae, longitudinaliter ſulcatae, imbricatim in dorſo & lateribus ſitae, in ventre vero ſunt majores & carina longitudinali inſtructae, harumque ſitu abdo-

men lineis longitudinaliter elevatis ornatum. Caudales ſquamae eodem modo ac in abdomine ſunt carinatae, hinc cauda parum anguloſa.

12. *Color* coeruleſcens, lineis maculisque albidis transverſalibus in dorſo variegatus.

13. Inhabitat Surinamam.

RANA. Linn. Syſt. nat. p. 37. Gen. 94.
Corpus quadrupes, nudum.
Cauda nulla.
Pedes tum natatorii, tum fiſſi, quandoque utrique ſimul.

63. RANA palmis tetradactylis fiſſis, plantis pentadactylis ſemipalmatis, unguibus digitorum ſubrotundis, corpore laevi, pone anguſtato.

Rana pedibus fiſſis, unguibus ſubrotundis, corpore laevi, pone anguſtato. *Haſt. Amph. Gyllemb. n.* 20.

Rana viridis arborea *Catesb. hiſt. nat. vol.* 2. *pag.* 71. *tab.* 71.

Rana Braſilienſis gracilis. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 177. *t.* 73. *fig.* 3.

Rana Americana rubra. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 70. *tab.* 68. *fig.* 5.

Rana Lemnia. *Seb. theſ. vol.* 2. *p.* 16. *tab.* 13. *fig.* 2.

1. *Caput* breve, latitudinem corporis aequans, ſuperne vix convexum, antice parumper contractum.

2. *Os* ingens, in apice capitis, edentulum.

3. *Maxillae* ſubrotundae.

4. *Nares* utrinque foramine perviae, in anticis roſtri lateribus ſitae.

5. *Oculi* elevati, in utrisque lateribus ſiti.

6. *Aures* utrinque poſt caput in lateribus ſitae, ſquama ſubrotunda tectae.

7. *Collum* nullum.

8. *Truncus* brevis, ferme triangularis, prope ad caput latiſſimus, verſus poſteriora anguſtiſſimus, laevis, ſuperne convexus, ſubtus planus, papillis tectus.

9. *Pedes Anteriores* tetradactyli, fiſſi, apicibus digitorum ſubrotundis latis inſtructi; *Brachia* mediocris longitudinis & craſſitudinis.

10. *Pedes Poſteriores* pentadactyli, ſemipalmati, apicibus digitorum ſubrotundis latiſſimis; *Crura* longiſſima tenuia.

11. Inhabitat Surinamam.

64. RANA manibus tetradactylis, fiſſis apicibus digitorum quadrifidis, quadrifidis pedibus pentadactylis palmatis inermibus.

Rana dorſo pullifero. *Linn. Syſt. nat. p.* 37. *Gen.* 94. *n.* 8.

Padde, waar van het Wyfken haare jongen op den ruggen draagt. *Merian. Surin. tab.* 59. *pag.* 43.

Bufo, ſive Pipa Americana ova quamplurima in dorſo habens. *Seb. theſ. vol.* 1. *p.* 121. *tab.* 77. *fig.* 1, 2, 3, 4.

1. *Corpus* admodum depreſſum, latum; verrucis minimis acutiusculis undique ſcabrum.

2. *Caput* breve, ſuperne a dorſo verſus anteriora declinans, admodum depreſſum & latum, utrinque lateraliter in aculeum horizontalem, obtuſum, & ſcabrum extenditur; ab hoc vero aculeo verſus anteriora ſenſim ſenſimque in apicem acutum contrahitur caput.

3. *Oculi* minimi in ſuperna capitis parte verſus roſtrum ſiti, ſubrotundi, longe ab invicem diſſiti.

4. *Os* anguſtum, transverſum, latiſſimum.

5. *Maxillae* tenues, ſubrotundae, quarum inferior brevior.

6. *Truncus* admodum depreſſus, ſuperne parum convexus, ſubtus planus, undique ejusdem latitudinis, oblongo-quadratus, parum latior, quam longus exiſtit.

7. *Collum* nullum.

8. *Pedes Anteriores* breves, craſſiuſculi, tetradactyli fiſſi, digitis longiſſimis, quorum apices obtuſi quadrifidi, radiis ſingulis acuminatis.

9. *Pedes Poſteriores* craſſiuſculi, depreſſi, pentadactyli ſubpalmati, digitis inermibus.

10. *Color* totius corporis ſubniger.

11. *Foemina* in dorſo gerit pullos, eosque ibi fovet.

12. Inhabitat Surinamam.

13. Vocatur Pipal ſeu Pipa.

65. RANA manibus tetradactylis fiſſis, plantis hexadactylis palmatis, pollice breviore. *Linn. faun. ſuec. n.* 253. *Itin. Weſtrog. p.* 205.

Bufo. *Jonſt. Quadr. tab.* 75.

Vulgare atque frequens animal in hortis, locis umbroſis & humidis, noctu exiens, prorepens, inſectis inhians.

66. RA-

66. RANA manibus tetradactylis fissis, plantis hexadactylis palmatis, pollice longiore. *Linn. faun. suec. n.* 250.

Rana. *Jonst. quadr. tab.* 75.
Vulgare, frequens, & innoxium animal in fossis, in sicco progrediens saliendo.
Belgis *Kikvors.*

67. RANA pedibus fissis, palmis tetradactylis, plantis hexadactylis, corpore laevi.

1. *Caput* a reliquo corpore indistinctum, latum, antice obtuso-rotundatum.
2. *Os* in apice capitis angustum, edentulum. *Maxillae* aequales.
3. *Rostrum* vix prominens, acuminatum.
4. *Nares* utrinque in lateribus rostri parvulo foramine pertusae.
5. *Oculi* in antico capite, protuberantes, magni, palpebris instructi.
6. *Truncus* brevis, subovatus, crassus, superne convexus, subtus planus, alepidotus, laevis.
7. *Pedes* quatuor, brevissimi, crassi, quorum *anteriores* in quatuor digitos breves, acuminatos, & inermes fissi. Horum *digitus primus* seu interior cum *secundo* eandem longitudinem obtinet, & *tertio*, qui longissimus, multo est brevior; *quartus* seu *exterior* omnium est brevissimus.
8. *Pedes posteriores* in sex digitos sunt fissi, qui acuminati, tenues, & inermes. Horum *pollex* seu *digitus interior* omnium est brevissimus, & *quintus* omnium longissimus.
9. *Color* in dorso, atque in infimo corpore est ex albido flavescens; in lateribus vero summis ex bruneo variegatus.
10. Inhabitat Indiam Orientalem.
D. D. JANI NOORTBERGH.

TESTUDO. Linn. Syst. nat. p. 37. Gen. 95.
Corpus quadrupes, testa duriore immobili circumdatum, sub qua Caput, Pedes, Caudamque quandoque abscondere potest.
Pedes quatuor, qui aut natatorii, aut cursorii sunt.
Cauda brevissima, conica.

68. TESTUDO pedibus natatoriis, unguibus acuminatis, palmarum plantarumque unico.

Testudinis marinae pullus alter. *Seb. thes. vol.* 1. *p.* 127. *tab.* 79. *fig.* 5.
1. *Caput* ovatum, superne convexum, versus anteriora valde productum, declive & angustatum; in lateribus planum.
2. *Rostrum* acuminato-rotundatum, inerme, osseum.
3. *Nares* in supremo rostro locatae, amplissimae.
4. *Oculi* ovati, maximi.
5. *Maxilla superior* inferiore multo longior, eamque omnino cingens.
6. *Dentes* proprie nulli, sed maxillarum margines ossei, ciliati.
7. *Collum* elongatum, capite tenuius, flexile, alepidotum.
8. *Truncus* ovatus, versus posteriora in acumen exiens, ab anteriore truncatus, clypeo ex squamis majusculis, osseisque conflato undique tectus, cujus margines dentato-incisi. Dorsum in carinam convexo-acutam contrahitur. Squamae sunt convexo-planae, laeves.
9. *Abdomen* subtus scuto osseo, sed molliori, quam quo Dorsum instructum est, tegitur; tuberculis quatuor in medio insigne, versus anteriora & posteriora utrinque sinu magno exsculpto, e quo pedes emergunt, instructum.
10. *Pedes* horizontaliter plani, natatorii, indivisi, versus posteriora lobati: Horum *Anteriores* sunt praelongi & anguſti, *Posteriores* vero breves, ovati. Utrique pedes unico acuminato ungue sunt armati.
11. *Cauda* brevissima, sub scuto dorsali recondita, conica.
12. Inhabitat mare sub zona torrida.

69. TESTUDO pedibus natatoriis, unguibus acuminatis, palmarum plantarumque binis.

Testudo unguibus utrinque binis acutis, squamis dorsi quinque gibbis. *Browne Jam. pag.* 465. *n.* 3.

The sea Tortoise. *Edwards. hist. of. Birds. tab.* 206.
1. *Caput* ovatum, superne parum convexum,

ſquamis polygonis & polymorphis tectum, verſus anteriora vix productum, obtuſiuſculum; in lateribus eſt convexum.

2. *Oculi* maximi, protuberantes, verſus anteriora ſpectantes, palpebris craſſiſſimis rugoſis & papilloſis tecti.

3. *Roſtrum* breve, acuminatum & aculeatum.

4. *Nares* in tuberculo elevato molli, in parte ſuperiore roſtri ſito, locatae, utrinque unico rotundo magno foramine inſtructae.

5. *Maxilla inferior* ſuperiore multo brevior, in apicem acuminatum & intortum abiens.

6. *Collum* craſſum, cute laxa rugoſa, & calloſis ſquamis hic illic obſita, tectum.

7. *Truncus* ovalis, longior & anguſtior quam in praecedente, ſcuto ex ſquamis hexangularibus vel pentagonis conflato, undique circumdatus. Margines ſcuti ſunt tenues & ſerrato-dentati.

8. *Abdomen* convexius quam in praecedente Specie.

9. *Squamae Dorſales* in medio ſunt tuberculatae.

10. *Pedes* quatuor, horizontaliter plani, indiviſi, natatorii, calloſis ſquamis tecti.

11. *Pedes Anteriores* ſunt maximi, oblongi, binis unguiculis in margine anteriore & craſſiore inſtructi. Margines poſteriores ſunt admodum tenues & rectilinei.

12. *Pedes Poſteriores* anterioribus, breviores & latiores oblongo-rotundi, binis unguiculis in margine anteriore & craſſiore armati.

13. *Cauda* brevis, ſed longior quam in praecedente.

14. Inhabitat mare ſub Zona torrida Americam alluens.

70. TESTUDO pedibus curſoriis, unguibus acuminatis, palmarum plantarumque quinis.

1. *Caput* ovatum, antice acuminatum, ſuperne convexum, plagioplateum, latum.

2. *Oculi* maximi, rotundati, palpebris tecti, in antico capite ſiti, ſibi admodum approximati.

3. *Nares* utrinque minimo foramine inſtructae, in apice roſtri ſitae: Foramina invicem admodum ſunt approximata.

4. *Roſtrum* obtuſo-acuminatum, parum productum, & ultra os prominens, oſſeum.

5. *Maxillae* oſſeae, edentulae.

6. *Maxilla ſuperior* inferiore multo longior.

7. *Maxilla inferior* in apicem acuminatum & incurvatum deſinit.

8. *Lingua* ſoluta, rotundata.

9. *Collum* latitudinem capitis parum tenuius, cute laxiſſima tectum, elongatum.

10. *Truncus* ſcuto fornicato, ovaliter rotundato, ex convexis, aequabilibus & latiſſimis oſſeis ſquamis conflato, omnino circumdatus, ſub quo pedes, collum, & caput abſcondi poſſunt. Scutum ſubtus eſt planum, & latera ſunt anguſtiſſima & in aciem integerrimam contracta.

11. *Pedes* quatuor, curſorii, breves, craſſi, quinque acuminatis & incurvatis unguibus inſtructi.

12. Inhabitat Surinamam.

FINIS.

TABULARUM EXPLICATIO.

TABULA V.

Fig. 1. & 2. MYSTUS cirris ſex longiſſimis, unico ſquamarum aculeatarum ordine utrinque in lateribus. *deſcr: N.* 177. *Tom.* 2.
1. Pars prona.
2. Pars lateralis.

3. ASPREDO cauda ſubrotunda, corpore verrucoſo, pinna ani oſſiculorum ſex. *deſcr: N.* 153. *Tom.* 2.

Fig. 4. LABRUS bruneus, albo nigroque varius, maxillis aequalibus, cauda ſubrotunda, oſculo ſecundo pinnarum ventralium ſetiformi. *deſcr: N.* 87. *Tom.* 1.

5. BLENNIUS oſſiculis tribus anterioribus pinnae dorſalis reliquis aculeatis majoribus. *deſcr: N.* 172. *Tom.* 2.

TABULA VI.

Fig. 1. SILURUS cirris duobus ad maxillam ſuperiorem, quatuor in mento. *deſcr: N.* 25. *Tom.* 1.

2. LABRUS oblongus; cauda bifurca, capite purpuraſcente. *deſcr. N.* 180. *Tom.* 2.

3. SPARUS roſtro plagioplateo, rufeſcens, maxilla inferiore longiore, macula nigra iride alba cincta utrinque ad caudam ſubrotundam. *deſcr: N.* 185. *Tom.* 2.

Fig. 4. BLENNIUS criſta ſetacea longitudinali inter oculos. *deſcr: N.* 75. *Tom.* 1.

5. BALISTES aculeis dorſi duobus, primo postice dentato, cauda ſubrotunda, lateribus caudam verſus hirſutis. *deſcr: N.* 114. *Tom.* 1.

TABULA VII.

Fig. 1. SYNODUS. *deſcr: N.* 151. *Tom.* 2.

2. ANOSTOMUS. *deſcr: N.* 165. *Tom.* 2.

3. CENTRISCUS. *deſcr: N.* 171. *Tom.* 2.

Fig. 4. PALLYODON. *deſcr: N.* 156. *Tom.* 2.

5. GASTEROPELECUS. *deſcr: N.* 155. *Tom.* 2.

6. ERYTHRINUS. *deſcr: N.* 154. *Tom.* 2.

INDEX

TAB. V.

1.

2.

3.

4.

5.

BLANK

PAGE

TAB. VI.


1.


2.


3.

4.

5.

BLANK

PAGE

TAB. VII.

1.

2.

3.

4.

5.



6.



BLANK

PAGE

INDEX.

Numeri paginas notant.

A.

Abucatuaja. 36.
Acaranna. 36.
ACIPENSER. 42.
Acontia. 61.
Alauda. 22.
Alut. 3.
AMMODYTES. 8.
Amore Guacu. 17.
—— Pixuma. 16.
AMPHISBAENA. 52.
Amphisbaena. 52, 53, 54.
ANABLEPS. 7.
ANARRHICHAS. 11.
ANGUIS. 52, 53, 54, 55.
Anguis. 53, 56, 57, 59, 63, 64, 65, 66.
—— Aeſculapii. 56.
Anolis. 80.
ANOSTOMUS. 13.
Apachykoatl. 56.
ARGENTINA. 4, 5.
Argus. 70.
ASPREDO. 5, 6.
ATHERINA. 15.

B.

BALISTES. 39.
Baliſtes. 39.
Bitin. 68.
BLENNIUS. 20, 21, 22, 23.
Blennius. 20, 21, 22.
Boiguatrara. 61.
Bufo. 84.

C.

CAECILIA. 52.
Caecilia. 52, 55.
CALLICHTHYS. 18.
CALLORYNCHUS. 42.
CALLYODON. 8.
Camaeleo. 77.
Cataphracta. 74.
Catulus. 44, 45.
Cayman. 74.
CENCHRIS. 69, 70.
Cenchris. 69.
CENTRISCUS. 18.
CHAETODON. 36, 37, 38.
Chaetodon. 36.
CHAMAELEON. 76.
Chamaeleon. 76.
CHARAX. 13.
CLUPEA. 3.
COBITIS. 1.
Cobra. 62.
Cocq (Poiſſon) 42.
COLUBER. 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68.
Coluber. 54, 57, 61, 65, 68.
CORDYLUS. 79.
CORCGONUS. 12.
COTTUS. 35.
Cottus. 14.
CROCODILUS. 74.
Crocodylus. 74, 76.
CROTALOPHORUS. 70.
Crotalophorus. 70.
Cuapapalcoatl. 77.
Cutezpallin. 81.
CYCLOGASTER. 9.
CYCLOPTERUS. 41.
Cynogloſſus. 11.
CYPRINUS. 1, 2, 3.
Cyprinus. 2.

D.

Demoiſſelle. 42.
DRACO. 73.
Draco. 73.
Dracunculus. 73.

E.

ECHENEIS. 7.
ELEOTRIS. 16, 17.
Elephant. 42.
Enchelyopus. 2.
ERYTHRINUS. 6.
ESOX. 7.
Eſox. 7.
EXOCOETUS. 6.
Exocoetus. 6.

G.

GADUS. 14.
Galeus. 44, 45.
GASTEROPELECUS. 7.
GASTEROSTEUS. 38.
Gecko, & Gekko. 78.
Gliricapa. 60.
Gloſſopetra. 44.
Gobio. 14.
Gobius. 22, 23.
Grundel. 2.
GYMNOGASTER. 12.
GYMNOTUS. 19.

H.

Heilbot. 10.
Hippogloſſus. 10, 11.
HOLOCENTRUS. 32.
Hotamboeja. 64.

I.

Jacare. 73, 74.
Jacob Evertzen. 30.
Jaculatrix. 59, 60, 63.
Ibiboboca. 67.
Ibiiaram. 52.
Jecco. 78.
IGUANA. 82, 83.
Iguana & Iguane. 82.
Ikan Kalkoen Sowanggi Betina. 33.
Ikan Kalkoen Sowanggi Djantan. 33.
—— Piſau. 18.
Julis. 28.

K.

Klipviſch. 37.
Krokodil. 74.

L.

LABRUS. 26, 27, 28, 29.
Labrus. 28.
LACERTA. 80, 81, 82.
Lacerta. 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83.
Lacertula. 81.
Lacertus. 73, 74, 77, 79, 80, 81, 82.
Leguan, & Leguana. 82.
Leviathan Jobi. 74.
LOPHIUS. 41.
Lophius. 41.

M.

Mabouya. 75.
Mamballa. p. 69.
Mesviſch. 18.
Miguel de Tucuman. 53.
MUGIL. 26.
MURAENA. 11.
Muraena. 19.
MYSTUS. 24, 25, 26.

N.

Naſen. 2.
Naſus. 1.

O.

Ophis. 63.
Orbis. 40.
OSMERUS. 12.
OSTRACION. 40, 41.
Ostracion. 40, 41.

P.

Padde. 84.
Paſſer. 10.
Pejegallo. 42.

PERCA. 33, 34, 35.
Perca. 33.
Petola. 57.
PETROMYZON. 46.
Pholis. 22.
Pipa, & Pipal. 84.
Piſcis militaris. 37.
PLECOSTOMUS. 15, 16.
PLEURONECTES. 10.
Pleuronectes. 10.
Poiſſon Cocq. 42.
POLYNEMUS. 20.

R.

RAJA. 46.
RANA. 84, 85.
Rana. 84, 85.
—— Piſcatrix. 41.
—— dorſo pullifero. 84.
—— lemnia. 84.
Regina Serpentum. 56.
Rhomboida. 35.
Rhombus. 10.
Rotange. 65.

S.

SALAMANDRA. 77, 78, 79.
Salamandra. 77, 78.
SALMO. 12, 13.
Sauvegard. 81.
Scharretong. 11.
SCIAENA. 32.
Scinc. 75.
SCINCUS. 75, 76.
Scincus. 75, 76.
Scinculus. 75.
SCOMBER. 24.
SCORPAENA. 35.
Scytale. 55.
Senembi. 82.
Serpens. 52, 55, 56, 57, 59, 60, 61, 63, 64, 65, 67, 69, 70.
Serpens biceps. 52.
SILURUS. 2.
Snake. 61.
Soldaten viſch. 37.
SOLENOSTOMUS. 7.
Solenoſtomus. 7.
SPARUS. 29, 30, 31.
SQUALUS. 44. 45.
Squalus. 44, 45.
Stincus. 76.
SYNGNATHUS. 1.
SYNODUS. 4.

T.

Tamacolin. 82.
Tecuixin. 81.
Tejuguacu. 80, 81.
Temapara. 80.
TESTUDO. 85, 86.
Teſtudo. 85.
Texixincoyotl. 81.
Thymallus. 12.
Thymus. 12.
Tover Kalkoen viſch. 33.
TRACHINUS. 35.
TRIGLA. 35.
Trigla. 35.
Truttae congener. 16.
Tucuman. 53.

V.

URANOSCOPUS. 14, 15.
VIPERA. 68.
Vipera. 62, 65, 68, 69.
—— caudiſona. 70.

Y.

Yvana. 82.

Z.

ZEUS. 35.
Zygaena. 45.

ERRATA NECESSARIO CORRIGENDA.

Pag. 1. Lin. textus 4. *legitur* candaeque *loco* caudaeque
— 10. —— —— 34. *loco* Hiſt. of Narw. *lege* Hiſt. of Harw.
— 55. N. 9. §. 5. *pro* viginti ſex ſeriebus *lege* viginti ſex ſquamarum ſeribus.
— 54. — 7. —3. lin. 4. *legitur* munerantur *loco* numerantur.
— 72. lin. ult. *pro* Crocodylo *lege* Crocodilo.
— 73. — 8. — Crocodylo —— Crocodilo.
— 74. — 30. — Kleini. —— Klein.

3 15

33.

15.

69.